40814/B

Pharmacopoeia

Leyden

Digitized by the Internet Archive
in 2019 with funding from
Wellcome Library

https://archive.org/details/b30519135



F. Bleyswyck fecit

PHARMACOPOEA LEIDENSIS,

AMPLISSIMORUM MAGISTRATUUM AUCTORITATE INSTAURATA.

Editio altera priori emendatior.



LUGDUNI BATAVORUM,

Apud SAMUELEM LUCHTMANS.

MDCCXXXII.

Koninklijke Bibliotheek te 's Hage.

Verwijderd K. B.

WELLCOME
HISTORICAL
MEDICAL
LIBRARY

DEDICATIO

Nobiliſſimis, Ampliſſimis, Prudentiſſimiſque

VIRIS

REIPUBLICAE LEIDENSIS

PRAETORI CONSULIBUS ET SCABINIS.

D. ABRAHAMO VAN ALPHEN, J. C.

D. PETRO VAN LEIDEN, Vlardingae Toparchae, in ſuprema aggerum Rhenolandiae curia Aſſeſſori, Coſſ. h. t. Praeſidi.

D. JOANNI VAN DEN BERG, J. C. Variis legationibus pro Patria ſumma cum laude functo.

D. CAROLO CRUCIO; J. C.

D. WILHELMO PAATS, J. C.

DEDICATIO.

D. HENRICO VAN WILLIGEN, J. C. Exconſuli, Scabinorum h. t. Praeſidi.

D. GERARDO VAN HOGEVEEN, J. C.

D. DANIELI VAN ALPHEN, G. F.

D. RIPPERTO VAN DE VELDE, J. C.

D. JOANNI VAN PANHUYS, Domino in Stokkum.

D. CORNELIO SCHREVELIO, J. C.

D. BARTHOLOMÆO VAN ASSENDELFT, J. C.

D. THEODORO VAN GROENEVELT, J. C.

UT ET

Conſultiſſimis Spectatiſſimiſque VIRIS

D. PETRO MARCO, J. C. Syndico.

D. PETRO VAN GROENENDYCK, J. C. Ampliſſimis Conſulibus ab Actis.

S.

Offerimus Vobis, Ampliſſimi Nobiliſſimique Viri, ea, qua par eſt, reverentia, Phar-

ma-

macopoeam Leidenſem, ac pro ea patrocinium & tutelam Veſtram obnixe efflagitamus; non vana, ut opinamur, ſpe ducti, eam in Civium veſtrorum gratiam conceptam & editam, Vobis, quibus ſalute publica nihil aut majus, aut antiquius eſſe, reapſe quotidie oſtenditis, haud prorſus ingratam fore. Cum enim veſtro ſuffragio ea concinnata ſit & digeſta, veſtraque invitatione Clariſſimi Medicinae Profeſſores, in eadem adornanda nobiſcum haud levem operam poſuerint; nihil aequum magis eſt, quam ut ad Vos, quibus potiſſimum natales ſuos debet, rediret.

Permittite itaque, Viri Illuſtriſſimi,

ut ea Ampliſſimis Nominibus Veſtris inſcribatur; eamque in clientelam veſtram ſuſcipite, ac adverſus omnes malevolorum machinationes defendite, & ſecuram praeſtate.

Is enim eſt Illuſtriſſimorum Nominum veſtrorum ſplendor; ea veſtra auctoritas; tanta veſtra tam in communem Patriam, quam in hanc Civitatem merita, ut vel hoc nomine ſecuri eſſe audeamus, libellum hunc, (etiamſi a ſe ipſo nihil, quo commendari poſſet, haberet) vel ob id ſolum omnibus aequis rerum aeſtimatoribus fore acceptum, illiſque, in quorum uſum nunc prodit, haud diſpliciturum.

Nos

Nos quidem multis nominibus Vobis devinctos eſſe, ultro & libenter fatemur; quod non modo amplam aegrotis Medicinam faciendi occaſionem, jam a multis annis nobis dederitis; verum quod, diu deſideratam, grati animi, & nulla temporis longinquitate intermoriturae noſtrae erga Vos obſervantiae, teſtificationem, Vobis exhibendi opportunitatem ſuppeditaveritis.

Patimini itaque, Ampliſſimi Nobiliſſimique Viri, ut, pro tam prolixo erga Nos favore, animos, eximii illius beneficii nunquam non memores, polliceamur, Vobiſque, & ſplendidiſſimis Veſtris Familiis, omnigenam proſperi-

tatem, & perennem incolumitatem, animitus apprecemur.

Vivite diu felices. Floreat veſtris ſub auſpiciis inclyta haec & amoeniſſima Civitas. Vigeat illuſtriſſimum omnigenae eruditionis ſacrarium, & Urbis grande decus, Academia. Omnes denique Cives & Hoſpites, veſtro patrocinio, ceu paterna quadam tutela tuti, tranquillam, & omnibus bonis affluentem vitam quam diutiſſime degant, dulciſſimaeque pacis laetiſſimis fructibus ad extremum vitae halitum fruantur, eoſque ad ſeros uſque nepotes feliciſſime tranſmittant.

Valete Viri Ampliſſimi, & benigniſ-

ſimo favore veſtro porro proſequi ne dedignemini.

Illuſtriſſimis Nominibus Veſtris devotiſſimos

Reipublicae Veſtrae

Dab. pridie Nonas Julias
Anni MDCCXVIII.

POLIATROS.

PRAEFATIO.

L. B. S.

PRodit tandem, poſt tot alias diverſarum in Patria noſtra Civitatum Pharmacopoeas, haec noſtra Leidenſis, dudum ſane deſiderata; quae, a quibus concinnata, & quas potiſſimum ob rationes cum publico nunc communicata ſit, L. B. paucis accipe.

Cum nihil magis utilitatis publicae intereſſe cenſuiſſent Ampliſſimi hujus urbis Magiſtratus, quam ut omnia, a quibus vel fortunae civium, vel eorundem incolumitas aliquo modo dependet, juſto & legitimo fierent ordine, aequum, imo neceſſarium, eſſe duxerunt, ut etiam Phar-

ma-

macopolis, certa, neque ab ullo violanda agendorum, & officinarum inſtruendarum ratio & lex praeſcriberetur. Vix enim innotuerat Ampliſſimis Viris, talem Pharmacopolis noſtris legem non eſſe ſtatutam, verum eos pleraque remedia vel pro arbitrio ſuo hactenus praeparaviſſe, vel eandem remediorum parandorum rationem omnes non eſſe ſecutos, ac propterea remedia, quae eodem appellantur nomine, in diverſis officinis valde diverſa proſtitiſſe; quin ſtatim huic malo validum remedium eſſe adhibendum arbitrati ſint. Eum in finem humaniſſime invitarunt Clariſſimos in hac Academia Medicinae Profeſſores, ut de concipiendâ & edendâ tali Pharmacopoeâ, quae certam & inviolabilem remediorum parandorum ratio-

nem

nem daret, cum Poliatris conferre, eoſque ſapientiſſimo ſuo conſilio adjuvare vellent; nec reſiſtere humaniſſimae Ampliſſimorum Virorum invitationi voluerunt Viri Clariſſimi; ſed omni alacritate hunc laborem in ſe ſuſcipere nullo modo dubitaverunt; pro qua operâ ingentes iis hac occaſione aguntur gratiae, ac ex inſigni hoc eximiae erga publicum benevolentiae teſtimonio, haud exigua ſpes concepta eſt, fore, ut, ſi dehinc opem ſuam civitati proficuam fore comperient, eandem illi non ſint denegaturi.

Varia ſimplicibus ſynonyma (illa praeſertim, quae noviſſe Pharmacopolarum intereſt) addita invenies, & Belgica nomina iiſdem adjecta; hoc enim cautum eſt, ne, ſi quodpiam eorum a Medico praeſcribatur,

batur, in errorem aliud pro alio exhibendi incidat Pharmacopola. Brevis praeterea, ſed talis tamen, a quo recedere Pharmaeopolae non licet, compoſitorum praeparandorum modus pleriſque additus eſt, ut certus unusquiſque eſſe poſſit, omnia compoſita in omnibus officinis, eadem methodo, & eadem ingredientium, quae vocant, proportione eſſe praeparata.

Varias porro praeparationes, ad ſeveram artis legem haud ſatis accuratas, hoc libro contentas comperies, quod nullam aliam ob cauſam factum eſſe ſcias, quam, quod illa compoſita eam celebritatem jam a longo tempore acquiſiverint, ut vel minima, quamvis juſta, in iis mutatio pro piaculo ab aliquibus haberi poſſet.

Multa

Multa tandem, quae in aliis Pharmacopoeis non inveniuntur, tam quae ſummae utilitatis & efficaciae eſſe Viri multiplici experientia inſtructi teſtantur, quam quibus officinae carere haud poſſe videntur, addita; aliqua etiam, cum res ita exigere videbatur, mutata; quaedam parvi admodum uſus aut momenti expuncta ſunt, neque id ſine ratione factum eſſe cuivis attendenti facile liquebit.

Omnes porro praeparationes, quae Authoris nomen prae ſe ferunt, ad amuſſim eorum deſcriptioni reſpondent, & ſicubi parum ab ea diſceditur, illud non leves ob cauſas factum eſſe ſcito; & tum addita eſt illa admonitio, ſuperflua eſſe demta, quod potiſſimum in Aquae Vitae Matthioli paucorumque aliorum deſcriptione apparet.

His

His itaque remediis inſtructas officinas ſatisfacere poſſe, ſi non omnium, plerorumque ſaltem deſiderio, cum Poliatris cenſuerunt Clariſſimi Profeſſores; ſi cui autem Medico plura, & alia requiri videantur, ſuo, quo quiſque gaudet jure & libertate, ea praeparari curet. Non enim eum in finem collecta & digeſta eſt haec ſuppellex Pharmaceutica, ac ſi nulli aliis uti, nec Pharmacopolis alia in officinis venalia habere liceret; verum, ut nullo non tempore eorum rite praeparatorum juſta copia prompte exhiberi poſſit.

Severiſſimam etiam ab Ampliſſimis Magiſtratibus legem ſtatutam eſſe ſciant omnes, quae jubet, ut omnia Medicamina, tam ſimplicia, quam compoſita, bonae conditionis ſint, nullaque mucida, carie exeſa,

exeſa, a blattis, aut tineis eroſa, ullove alio modo corrupta in officinis inveniantur; quae, ut de eo certius conſtare poſſit, ab iis, quibus id negotii datum eſt, examinabuntur & excutientur; ut ita de fraude vel impoſtura nulla dehinc ſupereſſe poſſit ſuſpicio. Vale.

TYPO-

TYPOGRAPHUS LECTORI
S.

QUum diſtractis Pharmacopoeae noſtrae Leydenſis exemplaribus, eandem iterato publico exhibere animum induxeram, ſimul in mentem venit hocce propoſitum meum cum Viris harum rerum peritis communicare, eo praeſertim ſcopo, ut nova haec editio, non nihil emendatior, & ſi ita videretur, aliquantulum auctior prodiret. Hinc factum ut, diligentius examinata priore editione, quaedam quae haud adeo neceſſaria videbantur, expuncta, quaedam quae in officinis Pharmaceuticis requiri videbantur, addita, quaedam etiam plus minuſve mutata, multa etiam in concinniorem ordinem redacta, tandem omnibus accuratior index adjectus fuerit; quod ſicuti tibi L. B. haud diſpliciturum confido, ita illis qui hoc, quicquid eſt laboris in ſe ſuſceperunt, gratias ago.

Praeter alias additiones & mutationes, quae unicuique libellum evolventi & cum priore editione comparanti facile occurrent, ſunt etiam denominationes Belgicae Succorum Reſinarum Animalium Foſſilium, ut hinc quoque

 tyro-

tyronibus harum nondum peritis aliqua fieret facilitas; characteres vero ponderum, menſurarum, inſtrumentorum, & variorum ſimplicium & compoſitorum, quos una aliqua ſignatura aliquibus exprimere ſollenne eſt, quamvis non uſque adeo neceſſarii videri poſſent, quia omnia literis delineata ſunt, addere viſum fuit, ut iidem tyrones eos, ſiquidem in praeſcriptionibus aliquando occurrant; invenire poſſint. Nunc vale B. L. & ſi forte praeter ſpem hic vel alibi error quiſpiam occurrat illi benevole ignoſce.

PHARMACOPOEA LUGDUNO BATAVA

Publica Poliatrorum Opera procurata.

Caverat humanae facilis Natura ſaluti,
Orbe novo, varia ſimplicitate potens.
Quam ſibi ſpectatam cultu Sollertia longo
Tranſtulit in varios arte manuque modos.
Thuraque, & eoae fragrantia germina terrae.
Commiſta occidui temperat herba ſoli.
Hinc olim Panacea ſibi ſecreta parabat,
Queis meruit divos inter habere locum.
Culta ſed in melius, curis melioribus aetas
Eruit implicitis haec ſua ſacra notis.
Praeſcribitque ſuis fautrix Medicina miniſtris,
Quae miſcenda velit, quo varianda modo.
Haec Cynoſura ratis dubio regit aequore curſum,
Hinc patet incerto tramite tuta pharos.
Neve aliis cedat Leidenſis gloria Muſae,
Accedit ſtudio publica cura novo.
Quaeque ſibi exhibeat, medicoſque reducat in uſus
Artis Apollineae gnava miniſtra, docet.
Fallor? An haec meruit Medicorum publica laudem
Gratia majorem, quam ſibi viſa fuit?
Namque ſibi quamvis nunc cautio proſpicit uni,
Erudiens dociles artis ab arte manus,
Hos ſervatores tamen haec venerabitur AEtas,
Praeſenteſque deos eſt habitura Salus.
Grataque Poſteritas ſtudioſae pignora curae
Ornabit plauſu tempus in omne ſuo.

HENR. SNAKENBURG.

** 2 O P

OP HET IN 'T LICHT GEVEN

VAN DE

LEYDSCHE APOTHEEK.

Heeſt de Artzeny zo lang in het Bataaſſch Atheên,
Haar Glans en Hooft-cieraad ontleent van and're Steên?
En moeſt ze, in 't midden van gelouterde verſtanden,
Zich onderwerpen aan de wet van andere landen?
Zy beurt in 't eind haar hoofd met luiſter op; en toont,
Dat zy niet vruchteloos, Minerva's grond bewoont.
Doorluchtige Artzen, met deeze ed'le konſt bewoogen,
Verdrijven door hun' hand de nev'len van haare oogen;
Vercieren haar gewaad met flonkerent geſteent,
Door eige ervarentheid gevonden, of ontleent
Van de Oudheid, alles naauw beſpiegeld, en van vlekken
Gezuivert, om den menſch zijn levensdraad te rekken,
En te onderſchraagen, met behulp van 's Hemels gunſt.
Zo nu de Aankweekers, en Bereiders van deez' kunſt,
De ſchriften volgen van die doorgeleerde Mannen;
Zal 't Ooſte, 't Weſte, 't Zuide, en Noorde zaamen ſpannen,
En ſchenken alles, wat natuur heeft voortgebragt,
Tot hulp der kwaalen van het menſchelijk geſlacht.
Het vruchtbaar Aardrijk zal zijn zwang'ren ſchoot ontlaſten

Van

Van Kruiden, Wortelen, van Zaaden, Bloemen, Baſten,
En Vruchten, alles in volkomenheid. De Zee,
Hoe woedende en ontſteld by vlaagen, zal gedwee
Opoff'ren ſchatten, in haar grondelooze plaſſen,
Geteelt van Dieren, of aan Bank en Klip gewaſſen;
Ja 't onderaardſche zal zijn ingewand aanbien,
En doen hen de Ertzen zelf in heur geboorte zien.
Vermits de Almagtige in de naarſte Wildernisſen,
In Bergſpelonken, die het daglicht moeten miſſen,
Of diepe Afgronden niets gevormt heeft, of de kracht
Is door deeze ed'le kunſt reets op den toets gebragt.
Roemruchtige Artzeny! Uw wijsheid weet te ontdekken,
Al wat tot nut en heil des ſtervelings kan ſtrekken;
En nu ge op Leydens grond met zo veel luiſter praalt,
Zult gy de Burgery, en al, wat adem haalt,
Verkwicking geven in haar kwaalen. 'k Zie de pijnen,
En heete koortzen, reets op uwe komſt verdwijnen:
De veege Peſt is ſchuw op uw gezicht, en vlied,
Terwijl uw wetenſchap de dood zelf weérſtand bied.
Vaar voort, bloei eeuwig in die zuiverheid; uw oordeel
Werd nooit door acht'loosheid bezwalkt, noch eigen voordeel.
Geef alles naar den eiſch; ſteun nooit op yd'len waan,
Zo kan de onſterflijkheid u nimmermeer ontgaan.

Johannes Schröder.

TABULA
PARTIUM ET SECTIONUM.

PROLEGOMENA.

De Nuncupationibus plurium Simplicium uno titulo. pag. 1
De Ponderibus & Menſuris. 4
De Characteribus. ibid.
De Collectione Simplicium. 5

PARS PRIMA.

De Medicamentis Simplicibus.

Vegetabilia. 7
Animalia. 39
Foſſilia. 41
Marina. 43

PARS SECUNDA.

De Praeparationibus & Compoſitionibus Galenicis internis.

CLASSIS PRIMA:

De Medicamentis ſub Forma Solida.

Sect. 1. De Pulveribus Purgantibus. 44
Aromaticis. 45
2. De Trochiſcis. 50
Tabellis. 55
3. De Pilulis Purgantibus. 57
Narcoticis. 60
Extractis. 61
Suppoſitorio. 62

CLAS-

CLASSIS SECUNDA.

De Remediis Forma Molli.

SECT. 1. De Electuariis Solutivis. 63
2. De Antidotis & Opiatis. 68
3. De Conditis. 78
Conſervis. ibid.
Rob. 79

CLASSIS TERTIA.

De Fluidiori modo Formatis.

SECT. 1. De Syrupis Simplicibus. 81
Compoſitis. 83
Loch. 92
Mellitis. 93
2. De Acetis per Infuſionem. 95
Clyſtere. 96

PARS TERTIA.

De Remediis pro Uſu externo.

SECT. 1. De Oleis per Expreſſionem. 97
Infuſionem & Decoct. 98
2. De Unguentis. 102
Balſamis unctuoſis. 110
3. De Emplaſtris. 111
Ceratis. 120

PARS QUARTA.

De Praeparationibus Chymicis.

CLASSIS PRIMA.

De Productis Vegetabilium.

SECT. 1. Per Deſtillationem Aquae. 122
Spiritus Simplices. 124

SECT.

Sect. 1. Per Deſtillationem Spiritus Compoſiti. 126
Olea, 133
& ex his Balſamus. 135
Aceta. ibid.
2. Per Digeſtionem Tincturae ſimplices. 137
Compoſit. 139
Elixiria. 141
Reſinae. 142
3. Per Sublimationem Flores. 143
Deliquium Olea. ibid.
Incinerationem Sales. ibid.
Decoctionem & Cryſt. Sales. 144

CLASSIS SECUNDA.

De Medicamentis ex Animalibus.

Praeparationes e Cornu Cervi & Ebore. 145
Sale Ammoniaco. 146

CLASSIS TERTIA.

De Foſſilibus.

Sect. 1. De Salibus Nitro. 147
Marino. 149
Vitriolo. ibid.
2. De Sulphure 152
Succino. 153
3. De Metallis Argento. 155
Cupro. ibid.
Plumbo. 156
Ferro. ibid.
4. De Semimetallis Mercurio. 159
Antimonio. 161

PRO-

PROLEGOMENA.

De Nuncupationibus plurium Simplicium uno titulo.

Quinque Radices Aperientes majores.

Apii.

Aſparagi.

Foeniculi.

Petroſelini.

Ruſci.

Quinque Radices Aperientes minores.

Capparum.

Eryngii.

Graminis.

Ononidis.

Rubiae.

Quatuor Herbae Emollientes.

Althaea.

Beta, vel Parietaria.

Malva.

Violaria.

Quinque Herbae Capillares.

Capillus Veneris.

Phyllitis, ſeu Lingua Cervina.

Polytrichum, ſeu Trichomanes.

Salvia Vitae, ſeu Ruta muraria.

Scolopendria, ſeu Ceterach.

Quatuor Flores Cordiales.

Boraginis.

Bugloſſae.

Roſarum.

Violarum.

Quatuor Semina calida majora.

Aniſi.

Carui.

Cumini.

Foeniculi.

Quatuor Semina calida minora.

Ammios.

Amomi.

Apii.

Dauci.

Qua-

Quatuor Semina frigida majora.

Citrulli.

Cucumeris.

Cucurbitae.

Melonum.

Quatuor Semina frigida minora.

Cichorei.

Endiviae.

Lactucae.

Portulacae.

De Ponderibus & Menſuris Noſtris.

Libra Medica continet Uncias duodecim, quarum ſexdecim faciunt Libram publicam Leydenſem; & quarum viginti ſunt ejuſdem ponderis, cujus novendecim earum, quas Nummularii & Aurifabri per totum orbem eaſdem uſurpant.

Uncia conſtat Drachmis octo.

Drachma habet Scrupulos tres.

Scrupulus pendit Grana viginti.

Manipulus eſt, quantum manu comprehendi poteſt.

Pugillus eſt, quantum tribus digitis capi poteſt.

Pinta continet Uncias liquoris circiter viginti.

Numero & Paribus } plures Fructus praeſcribuntur.

Ana ſignificat cujusque vel ſingulorum antea praeſcriptorum aequalem quantitatem eſſe ſumendam.

CHARACTERES
qui apud medicos authores vulgo occurrunt.

Acetum	🜊
Acetum Deſtillatum	⋇
Aër	🜁
Æs, cuprum, venus	♀
Æs uſtum	♀̶
Alcohol vini	sA
Alembicum	XX
Alumen	O
Amalgama	āāā
Ana	an. ā, āā.
Antimonium ſeu Stibium	♁
Aqua Deſtillata	🜄
Aqua Fortis	🜅
Aqua pluvialis	▽P
Aqua Regia	🜆
Aqua Vitæ	🜈
Arena	∴
Argentum, Luna	☾
Argentum Vivum	☿
Arſenicum	🜺
Auripigmentum	🜽
Aurum ſive ſol	☉

Balneum arenoſum	AB
Balneum Mariæ vel Maris	MB. BM.
Balneum Vaporoſum	VB
Borax	🜼
Calx	C
Calx viva	♆
Cancer	♋
Caput mortuum	☠
Chalybs vel ferrum & Mars	♂
Cineres	🝗
Cineres clavellati	🝘
Cinnabaris	🜍
Cornu cervi	C.C.
Cornu cervi uſtum	C.C.V.
Crocus martis	🜞
Crocus veneris	🜦
Cucurbita	🝥
Crucibulum	🝧 🝨
Cuprum, æs, vel venus	♀
Deſtillare	[symbol]
Dies	☌
Dies & Nox	☍
Drachma	ʒ
Ferrum chalybs, mars	♂
Fiat	F
Granum	gr̄
Gutta	gutt
Hora	🝮
Ignis	🜂
Ignis Rotæ, ſive Reverberii	(🜂)

Júpiter vel Stannúm	♃
Libra, Pondo	℔
Libra semis	℔ ß
Lúna, argentúm	☾
Mars, chalybs, Ferrúm	♂
Martis Limatúra	🜜
Mercúriús, argentúm vivúm	☿
Merc. præcipitatús	☿ 🝒
Merc. ſúblimatús	☿ 🝒
Mensis	⊠
Misce	M
Nitrúm	⦶
Nox	♀
Obolús	∽
Oleúm	°°°
Phiala	🝪
Plúmbúm, satúrnús	♄
Præparare	P.P. ℙ
Præcipitare	🝒
Pulvis	🝪
Qúantúm placet	q.p.
Qúantúm vis	q v
Qúinta Esſentia	Q.E
Recipe	℞. ♃.
Regúlús stellatús	✵
Regúlús antimonii stellatús	✵
Retorta	🝭
Sal alcali	🝭
Sal armoniacúm	✶
Sal commúne	⊖

Sal gemmæ	♉
Sal nitri vel petræ	⦶
Sal volatile	🝜
Satúrnús	♄
Scrúpúlús	℈
Secúndúm artem	s. a
Semis	ß
Sol, aúrúm	☉
Spiritús	🝩 sp
Sp: vini	🜈
Sp: vini rectificatús	🜈
Sp. vini Rect.s. Alcohol	🜈
Stella regúli antimonii	✵
Stratúm súper stratúm	S. S. S.
Súblimatúm	☿
Súlphúr	🜍 🜍
Talcúm	×
Tartarúm	🜿
Terra	🜃
Tinctúra	℞
Tútia	⊠
Venús, cúprúm, æs	♀
Vinúm	🜈
Viride æris	⊕
Vitriolúm	🜖
Vitrúm	🝪
Uncia	℥
Volatile	♑
Urina	⊡

De Collectione Simplicium.

Radices effodere oportet ante plenilunium, matutino tempore, eâ quidem lege; ut plantarum annuarum evellantur, ſtirpe jam adultâ, antequam flores ferant; biennio autem perdurantium ſtirpium radices tollendae ſunt autumnô jam adultô ejus anni, quo ſeminatae ſunt. Caeterum, quibus vivax in plures annos radix eſt, his radices aufer, quum primo vere gemmae turgere, vel folia, ſi haec dimittunt hyeme, jamjam ſe explicatura videntur.

Lectae ſic radices, deterſis ſordibus, in umbra, loco ventis agitato, ſuſpenſae parum ſiccentur; ſi craſſiores fuerint juxta longitudinem fiſſae, aut in diſcos ſectae ſecundum craſſitiem.

Quibus vero firmior eſt caro, integrae ſabulo puro, penitus ſicco, obrutae in fictilibus ſervantur in uſus hybernos.

Simulac laeta aeſtas viribus iterum novis inſtruit, ſemper, ſi fuerint praeſto, recens de terra depromtae ad praeſcripta Medicorum ſufficiendae erunt.

Cortices fructuum bene maturorum recentes adhibendi, ſi copia datur, aliter leni tepore parum ſiccati. Idem de Lignis intellige, quibus tamen exeunte hyeme cortex optimus; ideoque tum, ſi datur facultas, decerpendus arboribus.

Ligna in uſus medicos recentia meliora. Caeduntur autem quam optime hyberna tempeſtate; utpote balſamo tunc, oleo pingui, & reſina maxime praegnantia.

Herbae, ſi tempus fert, ſemper recentes dandae, at legendae in hyemales uſus, paulo anteqnam flores ſuos explicent, atque ſiccandae eâ, quae radicibus praeſcripta, cautelâ. Si autem unô tantum annô vivaces ſunt, vires inprimis habent, ſimulac adultae rudimenta florum prima formare incipiunt. Biennii aetatem attingentibus, altero a ſeminatione Vere folia jam renata, quamvis & primo a ſatu anno valeant. Perennibus media fere Aeſtas valentiſſima. At iis denique, quae ſempervirentibus ornantur frondibus, promiſcue uti fas eſt, quocunque demum anni tempore. Verna tamen tempeſtas medicatae virtuti inſtaurandae cenſenda eſt aptiſſima.

Flores legendi matutino tempore, cum eouſque adoleverunt, ut expandendis ſuis bracteis fere parati ſint. Siccandi in umbra, in chartis, ligneisve ciſtellis ſervandi.

De carpendis Seminibus quid opus eſt verbis? Sint bene matura, nec emarcida tamen, ſiccoque inprimis lecta die, lente ſiccentur diſperſa ſuper tabulata lignea in aperto, umbroſo interim, loco.

Succi ex fructibus preſſis, (exceptis Vino, Oleo Olivarum, Aceto & Omphacio,) deprompti calore ignis exhalent ad dimidias, tum uno alterove die ſubſidant faeces, atque defaecatus humor vitro cylindrico, circa baſin habente ſyphunculum cum epiſtomio, conditus ſervetur, ſuperaffuſo pingui oleo, ut a ſitu atque fermentatione, tutus tempore oportuno, non turbatus, depromi queat in uſum medicum.

PHAR-

PHARMACOPOEA LEIDENSIS.

PARS PRIMA.

De Medicamentis Simplicibus.

VEGETABILIA.

A. *Notat plantam annuam.*

B. *Biennem deſignat.*

Cui nulla harum literarum appoſita, perenni radice intelligitur.

I. *Indigenam Patriae noſtrae ſignificat, atque ſponte naturae ibi creſcentem.*

Bulbos & Radices Officinis noſtris praebent.

Acetoſa, *Oxalis pratenſis, vel arvenſis,* Velt-Zuuring. I.

Acorus, *Calamus aromaticus.* Calmus I.

Alcanna, *jam vulgo ſic dicta, Anchuſa officinarum,* Oſſe-tong met rode Wortels. B. I.

Allium, *Allium ſativum, Allium vulgare,* gemeen Tamlook. I.

Althaea, *Biſmalva*, *Ibiſcus*, witte Maluwe. I.

Angelica, *Angelica ſativa*, groote / of tamme Angelika. B. I.

Apium, *Apium paluſtre*, *Elaeoſelinum*, *Paludapium*, Eppe / Jongvrouw-merk. B. I.

Arum, *Arum vulgare*, Kalfs-voet. I.

Ariſtolochia, *Ariſtolochia cava*, *Fumaria bulboſâ*; *radice cavâ*; *major*, *Radix cava major*, groote Holwortel. I.

Ariſtolochia, *Ariſtolochia cava minor*, *Fumaria bulboſa*; *radice cava*; *minor*, *Radix cava minor*, kleine Holwortel / Boontjes Holwortel. I.

Ariſtolochia longa, groote Oſterlucy.

Ariſtolochia rotunda, ronde Oſterlucy.

Aſarum, Mans-ooren. I.

Aſparagus, *Aſparagus ſativus*, Aſpergien. I.

Bardana, *Lappa major*, Klitten. B. I.

Biſtorta, Hertstonge met Bloemen.

Bruſcus, Ruſcus, ſtekende Palm.

Bryonia alba, witte Bryony / witte wilde Wyngaart. I.

Capparis, *Capparis frutex*, Kapper-boom.

Carlina, *Chamaeleon albus*, Everwortel / twede Everwortel.

Caryophyllata, *Caryophyllata vulgaris*, gezegent kruit / gezegende Wortel. I.

Caepa, *Caepa alba*, *Caepa rubra*, *Caepa major*, Ajuin / groote rode / of witte Ajuin.

China, China.

Chelidonium, *Chelidonium majus*, *Chelidonia*, *Chelidonia*

donia major, Gouwe / ſtinkende Gouwe / Schellekruit.

Chelidonia minor, *Chelidonium minus*, *Scrophularia minor*, kleine Gouwe / klein Speenkruit. I.

Cichoreum, *Cichoreum agreſte*, *Cichoreum vulgare*, *Cichoreum ſylveſtre*, wilde Cichory / bitterſte Cichory. I.

Cichoreum ſativum, gemene Cichory / tamme Cichory. I.

Conſolida major, *Symphytum*, *Symphytum majus*, Heelwortel / Waalwortel. I.

Contrajerva, *Drakena*, Koorts-wortel / Tegengiftwortel.

Coſtus arabicus, *Coſtus dulcis*, opregte Coſtus.

Coſtus niger, wilde Artichok uit Kandie.

Curcuma, *Terra merita*, Curcuma.

Cyclaminus, *Cyclaminus vulgatior*, *Arthanita*, Zeugen-brood / Varkens-brood.

Cynogloſſa, *Cynogloſſum*, *Cynogloſſa major*, *vulgaris*, Honts-tonge. B. I.

Cyperus longus, *Cyperus odoratus*, wilde Galigaan.

Cyperus rotundus, ronde wilde Galigaan. I.

Dens Leonis, *Taraxacum*, Paarde-bloemen / Piſſebedden. I.

Dictamnus albus, *Fraxinella*, Fraxinel.

Doronicum, *Doronicum Romanum*, *Doronicum vulgare*, *Doronicum majus*, *Doronicum radice Scorpii*, Scorpioen-wortel.

Enula campana, *Helenium*, *Pater Stomachi*, Alant. I.

Eryngium, *Eryngium marinum*, Duin-kruis-diſtel. I.

Eſula, *Eſula major*, *Tithymalus paluſtris*, *fruticoſus*, groote Spurge / groote Wolfs-melk / groote Duivels-melk. I.

Eſula minor, *Pityuſa*, kleine Spurge. I.

Filix, *Filix mas*, *Filix non ramoſa*, groote gemene Varen. I.

Filipendula, Drop-wortel.

Foeniculum, *Foeniculum vulgare*, Fenkel.

Galanga major, groote Galange.

Galanga minor, gemene Galange.

Gentiana, *Gentiana major*, *Gentiana Illyrica*, Gentiaan-wortel / Bitter-wortel.

Glycirrhiza, *Liquiritia*, *Galega dulcis*, Zoethout.

Gramen, *Gramen caninum*, *Gramen caninum repens*, Hontsgras / Queek / Queekgras. I.

Helleborus albus, *Veratrum*, *Veratrum album*, wit Nieskruit.

Helleborus niger, *Helleborus niger latifolius flore roſeo*, *Veratrum nigrum*, zwart Nieskruit / Kerſemis-bloem / Koſt-bloem.

Hermodactylus, Hermodactyls.

Hirundinaria, *Aſclepias*, *Vincetoxicum*, Zwaluw-wortel / Tegengift.

Hyoſcyamus, *Hyoſcyamus niger*, *Hyoſcyamus vulgaris*, Bilſen-kruit / zwart Bilſen-kruit. A. I.

Jalappa, *Jalappa Fructu verrucoſo*, Merveillie van Peru met het rouwe zaat / Jalapp.

Imperatoria, *Aſtrantia vulgaris*, *Magiſtrantia*, *Oſtrutium*, Meeſter-wortel.

Ipecacuanha, *Ipecacoanna*, rode loop-Wortel.

Iris

Iris Florentina, *Iris Illyrica*, Liſch van Florence/ ruikende Liſch.

Lapathum, *Lapathum acutum*, *Oxylapathum*, Patich/ Peerdik. I.

Lapathum ſativum, *Lapathum hortenſe*, *Lapas*, *Patientia*, Patienty-kruit. I.

Leviſticum, *Liguſticum*, *Libanotis fertilis*, Lavas. I.

Lilium album, witte Lelyen.

Malva vulgaris, *Malva rotundifolia*, kleine Maluwe/ ronde Maluwe/ kaasjes kruit.

Mandragora, *Mandragora mas*, *Mandragora vulgatior*, *Anthropomorphita*, Mandragora.

Mechoacanna alba, witte Jalap.

Meum, *Meu*, *Meum Athamanticum*, Beer-wortel.

Nymphaea, *Nymphaea major*, *alba*, *Nymphaea alba*, *Nenuphar*, witte Kruyken/ witte Water-kruyken/ Plompen/ witte Water-plompen. I.

Ononis, *Anonis*, *Reſta bovis*, *Areſta bovis*, Stal-kruit/ Prang-wortel. I.

Oſmunda, *Oſmunda regalis*, *Filix florida*, groote Varen/ wilde Varen/ Water-varen.

Parera Brava, wilde Wijngaart uit Peru.

Paeonia, *Paeonia mas*, Pioeuny Manneke.

Paeonia Foemina, Pioeuny Wijfke.

Paſtinaca, *Paſtinaca hortenſis*, *Paſtinaca ſativa*, *Paſtinaca latifolia*, witte Wortels/ Paſtinaken. B. I.

Paſtinaca ſylveſtris, *Paſtinaca latifolia ſylveſtris*, *Elaphoboſcum*, wilde/ brede Paſtinaken. B. I.

Pentaphyllum, *Pentaphyllum vulgare*, *Pentaphyllum* *vul-*

vulgare, *repens*, *Quinquefolium*, *Heptaphyllum*, kruipent Vijf-vinger-kruit. I.

Petaſites, *Petaſites major*, *vulgaris*, Dokkelbladen/ Peſt-wortel. I.

Petroſelinum, *Petroſelinum vulgare*, *hortenſe*, *Apium hortenſe*, Tuin-Eppe/ Peterſely. B.

Peucedanum, *Peucedanum vulgare*, *Peucedanicum Germanicum*, Verkens-fenkel.

Phu, *Valeriana major*, *Valeriana hortenſis*, *Valeriana major*; *radice odora*, groote Baldriaan/ Speen-kruit/ St. Joris-kruit.

Pimpinella, *Pimpinella ſanguiſorba minor*, kleine Bevernel/ tamme/ kleine/ Pimpinel. I.

Pimpinella ſaxifraga major, *Tragoſelinum majus*, Bevernaat/ groote Steenbreek. I.

Plantago, *Plantago latifolia*, *Plantago latifolia terreſtris*, groote Weegbree. I.

Polypodium, *Polypodium quernum*, *Polypodium quercinum*, Eyken-varen. I.

Polygonatum, *Sigillum Salomonis*, Salomons zegel. I.

Porrum, *Porrum capitatum*, *commune*, gemeene/ tamme/ Parey. I.

Pyrethrum, Bertram.

Raphanus ſylveſtris, *Rapiſtrum album*, wilde Radijs. A. I.

Rapa, *Rapa ſativa*, *Rapum*, Knollen. A. I.

Raphanus niger, major, Ramenas. A.

Raphanus ruſticanus, *Raphanus ſylveſtris*, Meerrettich/ Meeredik/ Peperwortel. I.

Rhabarbarum, Rhabarber.

Rha-

Rhaponticum, *Centaurium majus; folio Helenii incano*, **Rapontik.**

Rhodia radix, **Rozen-wortel.**

Rubia Tinctorum, **krappe / Meekrappe.** I.

Sarſaparilla vera, **Sarſa / Sarſaparilla.**

Satyrium mas, *Orchis morio, Orchis mas*, **groot Handekens-kruit.** I.

Satyrium foemina, *Orchis morio, foemina*, **klein Handekens-kruit Wijfke.** I.

Scilla, **Zeê-Ajuin.**

Scorzonera, **Scorzonere.**

Serpentaria Virginiana, *Colubrina Virginiana*, **Slangen-wortel van de Virginie.**

Tormentilla, **Zevenblat.** I.

Turbith, *Turpeth, Turpethum, Turbith gummoſum; Turbith vegetabile*, **Turbith-wortels.**

Tuſſilago, *Bechium, Farfara*, **Hoeſtblad / Hoefblad.** I.

Urtica, *Urtica major urens*, **groote brandende Netelen.** I.

Zedoaria longa, **Zedoary-wortel.**

Zingiber, **Gengber.**

Cortices Officinis ſuppeditant.

Aurantium vulgare, *Aurantium vulgare*, **Oranje-Appelen.**

Aurantium Luſitanicum, *Arantium Ulyſſiponenſe*, **Sinaas-Appelen.**

Caſſia lignea communis, **Caſſie-kaneel / Baſtaart-kaneel.**

China

China-China, *Quinquina*, *Arbor febrifuga Peruana*, *Pulvis Corticis dicitur*, *Pulvis Patrum*, *Pulvis Jeſuiticus*, *Cortex ipſe Peruvianus appellatur*, **Kinkina / Kinakina.**

Cinamomum, *Canella vera*, **opregte Ceylonſche Kaneel.**

Citrea vulgaria, **Citroenen met de allerdikſte ſchellen.**

Ebulus, *Chamaeacte*, *Sambucus humilis*, **Hadich / kleine Vlier / lage Vlier / wilde Vlier.** I.

Fraxinus vulgaris, **Eſſchen-boom.** I.

Glandes Quercus, **Ekeldoppen / Akerdoppen.** I.

Granata poma, *Mala punica*; *inde Malicorium*, **ſchors van Granaat-appels.**

Lignum Guajacum, *Lignum Sanctum*, **Pokhout.**

Limonia, *Limones*, *Mala Limonia*, *Limonia acida*, **Limoenen.**

Batavis Citrea & Limonia, diſtinctiſſima licet, vulgo confundi ſolent, & promiſcue ſumi, atque praeſcribi quoad corticem.

Nux myriſtica, *Cujus velamenta nucleo arcte appoſita Macis*, **Foely.**

Quercus vulgaris latifolia, **groote / gemeene / breetbladige / Eykeboom.**

Radix Capparis, **Kapperwortels.**

Sambucus vulgaris *dat Corticem medium ſuum, titulo Corticis Mediani*, **de middelſte baſt van Vlier.**

Saſſafras, **Saſſafras.**

Tamariſcus, *Tamariſcus Narbonenſis, folio tenuiore*, *Myrica*, *Tamarix*, **Tamariſch.**

Win-

Winteranus Cortex, *Cortex magellanicus*, *Canella alba*, Weſt-Indiſche / Magellaanſche / of witte Kaneel.

Ligna autem ſervantur.

Agallochum, *Lignum Aloës*, *Xyloaloë*, Paradijs-hout.
Aſphalathum lignum, ligter Paradijs-hout.
Braſilium, *Erythroxylon Braſilianum*, *Pſeudoſantalum rubrum*, Braſily-hout.
Buxinum, Buchsbomen-hout / gemeen Palm-hout.
Colubrinum, Slangen-hout.
Dulce amarum, *Dulcamara*, *Dulcoamara*, *Amaradulcis*, *Glycypicron*, *Solanum lignoſum*, Alfrank / Bitterzoet / Elfrank / hoe langer hoe liever. I.
Guajacum, *Lignum ſanctum*, Pokhout.
Juniperinum, Jenever-hout / Wechholder-hout.
Lentiſcinum, *Maſtichinum*, Maſtikhout.
Nephriticum, *Lignum Nephriticum coeruleo & flavo colore tingens*, opregt Grabeel-hout.
Rhodium, *Lignum Aſphalathi*, *odore roſeo*, Rozen-hout.
Santalum album, wit Zandel-hout.
Santalum Citrinum, *Santalum pallidum*, geel Zandel-hout.
Santalum rubrum, root Zandel-hout.
Saſſafras, Saſſafras.

Folia,

Folia, Gemmae, Herbae, Oculi, quae in Apothecis ſervanda noſtris, haec ſunt primaria.

Abrotanum, *Abrotanum mas, Abrotanum vulgare, Abrotanum mas, anguſtifolium, majus*, **Averoon/ Averupt.**

Abſinthium, *Abſinthium vulgare, Abſinthium latifolium Ponticum, vel Romanum*, **breede/ gemeene/ groote Alſem.** I.

Abſinthium Romanum tenuifolium, *Abſinthium Ponticum, tenuifolium*, **fyne Roomſche Alſem.**

Acanthus, *Acanthus ſativus, Acanthus mollis, Branca Urſina*, **Beerenklaauw.**

Acetoſa, *Oxalis, arvenſis, lanceolata*, **kleine Veltzuuring/ Schaaps-zuuring.** I.

Acetoſa hortenſis latifolia, **groote/ gemeene Zuuring.**

Acetoſa rotundifolia Romana, **roode Roomſche Zuuring.**

Acetoſella, *Alleluja, Lujula, Oxys, Acetoſum trifolium*, **Klaver-zuuring/ koekoeks-broot.** I.

Acmella, *Bidens Ceylanenſis antinephritica*, **Acmella.**

Adianthum vulgare, *Capilli Veneris*, **Venus-hair.**

Adianthum album, *Ruta muraria, Salvia vitae, Hyſſopus Salomonis*, **Steenruite.** I.

Ageratum, *Eupatorium Meſue, Balſamita minor*, **fijn Lever-kruit.**

Agri-

Agrimonia, *Eupatorium Graecorum*, Agrimony / Edel Lever-kruit.

Alchimilla, *Alchimilla major*, *vulgaris*, *Pes Leonis*, Sinauw / Leeuwen-klaauw / onze Vrouwe Mantel. I.

Alliaria, Look zonder Look. A. I.

Althaea, *v. Rad.*

Anagallis aquatica, *Becabunga*, Beekeboom / Beek-jongen. I.

Anethum, Diſſe. A.

Angelica, *v. Rad.*

Apium, *v. Rad.*

Argentina, *Anſerina*, *Potentilla*, Blik / Ganſerik / Zilverſchoon. I.

Artemiſia, *Artemiſia vulgaris*, Byvoet. I.

Aſarum, Mansooren. I.

Aſperula odorata, Lieve Vrouwe Bedſtroo. I.

Atriplex, *Atriplex alba*, *hortenſis*, Melde / Hof-melde. A. I.

Baſilicum, *Ocymum*, Baſilikom. A.

Balſamita major, *Balſamita mas*, *Coſtus hortorum*, *Mentha Corymbifera*, Bakkruid / Balſemkruid.

Bellis pratenſis minor, *Conſolida minima*, Veltmaag-delieven. I.

Beta alba, witte Beete. B.

Beta nigra, zwarte Beete. B.

Beta rubra, roode Beete. B.

Betonica, *Betonica purpurea*, *Betonica vulgaris*, *Betonica ſylveſtris*, Betony.

Betonica aquatica, *Scrophularia major*, *radice fibro-*

ſa, Beekſchuym / groot Speenkruid. I.

Borago, Bernagie. A. I.

Botrys, *Botrys Ambroſioides*, *Ambroſia*, *Atriplex ſuaveolens*, Druive-kruid / Piment. A. I.

Braſſica marina, *Soldanella*, Soldanel. I.

Bugloſſa vulgaris, *Bugloſſum vulgare*, *Bugloſſum hortenſe*, Oſſetong. A.

Burſa paſtoris, Herders-tas. A. I.

Calamintha, *Calamintha montana*, *Calamintha vulgaris*, berg-Kalament.

Calamintha paluſtris, *Mentha paluſtris*, *Mentha arvenſis*, *Mentha hirſuta*, Water- of Veld-mente. I.

Caprifolium, *Matriſylva*, *Periclymenum*, *Periclymenum non perfoliatum Germanicum*, Geytenblad / Memmekes-kruid.

Carduus benedictus, *Cnicus ſylveſtris*, *hirſutus*, Karde-benedikt / gezegende Diſtel. A.

Cauda equina, *Equiſetum majus paluſtre*, groot Heermoes / Paarde-ſtaart. I.

Centaurium minus, kleine Santorp / duizent Gulden-kruit. A. I.

Ceterach, *Aſplenium*, *Scolopendria*, *Scolopendrium*, Milt-kruit / Steen-varen. I.

Chamaedrys, *Triſſago*, Bathengel / Gamanderlijn.

Chamaemelum, *Chamaemelum nobile*, *Chamaemelum odoratius*, *Chamaemelum Romanum*, Roomſche Kamillen.

Chamaemelum vulgare, wilde Kamillen. A. I.

Chamaepitys, *Iva arthritica*, Veltcypres. A. I.

Che-

Chelidonium majus, *v. Rad.*
Chelidonium minus, *v. Rad.*
Chaerophyllum, *Chaerefolium*, *Cerefolium*, *Chaerophyllum ſativum*, Kervel / Zaaykervel / tamme Kervel. A.
Cichorea ſativa, *v. Rad.*
Cichorea ſylveſtris, *v. Rad.*
Cicuta, *Cicuta major*, Scheerling / dolle Kervel. A. I.
Cochlearia, *Cochlearia Batava*, *rotundifolia*, *hortenſis*, groot Lepel-blad. H. I.
Conſolida major, *v. Rad.*
Conſolida media, *Bugula*, Ingroen / Senegroen. I.
Conſolida minima, *v. Bellis.*
Conſolida Saracenica, *Solidago*, Heidens Wondkruit.
Craſſula, *Fabaria*, *Telephium vulgare*, Smeer-wortel. I.
Dens Leonis, *v. Rad.*
Dictamnus Creticus, *Dictamnus verus*, Diktamnus uit Kandie.
Ebulus, *v. Cort.*
Endivia, *Intybus*, *Intybum*, *Scariola*, *Seriola*, Endivy. A.
Eryſimum, *Eryſimum vulgare*, *Irio*, Irio. A. I.
Eupatorium cannabinum, Boeltjes-kruit. I.
Euphraſia, *Euphragia pratenſis*, *minor*, Oogentrooſt. A. I.
Farfara, *v. Tuſſilago. Rad.*
Foeniculum, *v. Rad.*
Folia Malabathri, *Folia Inda*, wilde kaneelbladen.

Fragaria, *Fragaria vulgaris*, de bladen en wortels van Aardbeyen. I.

Fumaria, *Fumaria vulgaris, purpureo flore*, Aardrook/ Aardrok. A. I.

Galega, *Galega vulgaris, caerulea, Ruta capraria*, Galigaan.

Geranium odoratum, *Geranium Batrachiöides, odoratum*, welriekende Ojevaars-bek.

Geranium Robertianum, roode Ojevaarsbek/ Robertskruit. A. I.

Hedera arboreſcens, klim/ Veyl/ Boomveyl. I.

Hedera terreſtris, *Chameciſſus*, Aardveyl/ Hondsdraf. I.

Helxine, *Parietaria*, Glaskruit. I.

Hepatica, *Lichen terreſtris, Lichen petraeus, Hepatica fontana, Lichen*, Leverkruit. I.

Hippoſelinum, *Smyrnium, Olus atrum*, grootſte Eppe/ wilde Eppe. I.

Hyoſcyamus, *v. Rad.*

Hypericum, *Hypericum perforatum, Hypericum vulgare, Perforata, Millies pertuſa*, St. Jans-kruit. I.

Hyſſopus, *Hyſſopus vulgaris, Hyſſopus flore caeruleo*, Izoop. I.

Illecebra, *Illecebra minor, Sedum minus acre*, Muurpeper. I.

Illecebra mitis, *Sedum minus, Sempervivum minus, non acre*, Trip-Madam. I.

Lactuca, *Lactuca ſativa*, Salade. A.

Lapathum acutum. *v. Rad.*

Lapathum ſativum. *v. Rad.*

La-

Lavandula, *Lavendula*, *Spica noſtras*, *Spica*, Lavendul.

Lauri folia, Laurierblad.

Lingua cervina, *Phyllitis*, Hertstong. I.

Lupulus, Hoppe. I.

Majorana nobilis, *Majorana*, *Sampſucus*, Majolijn/ edele Majolijn. A.

Malva, *v. Rad.*

Mandragora, *v. Rad.*

Marrubium, *Marrubium album*, *Praſſium album*, witte Andoren. I.

Matricaria, *Matricaria vulgaris*, *Parthenium*, *Partheniaca*, Mater/ Moeder-kruit. I.

Meliſſa, Meliſſe / Conſillie de Grain / Citroenkruit.

Menthaſtrum, *Mentha ſpicata candicans*, wilde Munte/ of Mente. I.

Mentha aquatica, *Mentha aquatica nigra*, *Mentha aquatica, rotundifolia*, *Siſymbrium aquaticum*, Watermente/ Bruin-heilige. I.

Mentha criſpa, kruis en Munt.

Mentha ſativa, *Mentha anguſtifolia ſpicata*, Balſemmente.

Mercurialis, Bingel-kruit/ tam Bingel-kruit. A. I.

Millefolium, *Millefolium majus*, *Millefolium majus purpureum*, *Myriophyllum*, Geruwe / Duizendblad. I.

Myrti folia, *Myrtus vulgaris latifolia*, Myrte-bladen.

Naſturtium aquaticum, *Naſturtium aquaticum ſupinum*,

num, vulgare, Cardamine aquatica, Waterkers. I.

Naſturtium, *Naſturtium vulgare, Naſturtium hortenſe,* gemeene kers / ſterke kers / Tuin-kers / A. I.

Nepeta, *Nepeta vulgaris, major, Cataria vulgaris, major,* Pipt / Katte-kruit. B. I.

Nicotiana, *Petum, Tabacum,* Tabak. A.

Nummularia, *Nummularia lutea, Centimorbia,* Penning-kruit. I.

Nymphaea, *v. Rad.*

Origanum creticum, Orego.

Origanum vulgare, wilde Majolijn.

Papaver hortenſe, Heul-blad. A.

Pentaphyllum, *v. Rad.*

Perſicaria acris, *Hydropiper,* Waterpeper. A. I.

Perſicaria, *Perſicaria mitis, Perſicaria mitis maculoſa, & non maculoſa,* Perſen-kruit. A. I.

Petroſelinum, *v. Rad.*

Phellandrium, Water-Eppe. I.

Phu, *v. Rad.*

Piloſella, *Auricula muris,* Muyzen-oor. I.

Pimpinella, *v. Rad.*

Plantago, *v. Rad.*

Polium montanum, Grijs-kruit.

Polygonum, *Polygonum vulgare, majus, Centinodia,* Duizend-knoop / Verkens-gras. A. I.

Polypodium, *v. Rad.*

Polytrichum, *Trichomanes,* Wederdoot. A.

Populi nigri gemma vel oculus, knoppen van den Popelaar.

Por-

Portulaca, *Portulaca latifolia*, *ſativa*, Porcelijn. A. I.
Primula veris, *Paralyſis*, *Paralyſis herba*, *Primula veris*, *flore luteo ſimplici in uno pedunculo ſingulari*, Sleutel-bloemen.
Prunella, *Brunella*, *Brunella major*, *caerulea*, *folio non diſſecto*, Bruinelle. A. I.
Pulegium, *Pulegium latifolium*, *Pulegium regale*, breede Poley.
Pulegium anguſtifolium, *Pulegium cervinum*, ſmalle Poley.
Pulmonaria, *Pulmonaria maculoſa*, *flore purpureo*, *rubro*, *Symphytum macaloſum*, Longe-kruit.
Pyrola, Winter-groen. I.
Quercus folia, Eike-bladen. I.
Ribeſiorum nigrorum gemmae, *Groſſulariae nigrae gemmae*, Toppen van zwarte Aalbeſſen.
Roſmarinus, *Roſmarinus coronarius*, Roſmarijn.
Ruta, *Ruta hortenſis*, *Ruta vulgaris*, *Ruta ſativa*, *Ruta latifolia*, Wijnruit.
Sabina, Zevenboom.
Salvia, *Salvia hortenſis major latifolia*, breede / groote / Salv.
Salvia minor, *Salvia anguſtifolia*, *Salvia minor*, *aurita*, *& non aurita*, ſmalle Salv.
Salvia agreſtis, *Korodonia*, wilde Salv. I.
Sanicula, *Diapenſia*, *Sanicula mas Fuchſii*, Sanikel.
Satureja, *Satureja ſativa*, *Satureja hortenſis*, *Cunila ſativa*, Keulen. A.
Scabioſa, *Scabioſa major*, *hirſuta*, *vulgaris*, *laciniata*, Schurft-kruit / Scabieuſe. I.

Scabioſa minor, *Scabioſa glabra, minor, folio integro, Morſus Diaboli, Succiſa*, **Duivels-beet / kleine Scabieuſe.** I.

Sclarea, *Horminum ſativum, Sclarea dictum*, **Scarley.** B.

Scordium, **Waterlook.** I.

Sempervivum, *Sempervivum majus, Sedum, Sedum majus*, **Huislook / groote Donderbaart.** I.

Sempervivum minus, *Sedum minus, Sempervivum minus, flore albo*, **klein Huislook / klein Donderbaart.** I.

Scrophularia major, *v. Betonica aquatica.*

Scrophularia major radice nodoſa, *Scrophularia nigra, foetida*, **groot zwart Speen-kruit.** I.

Senna, *Senna Alexandrina, Senna Aegyptia*, **Senebladen.**

Serpillum, *Serpillum vulgare*, **Quendel of wilde Tijm.**

Sigillum Salomonis, *vid. Polygonatum rad.*

Solanum, *Solanum vulgare, Solanum hortenſe*, **dulle Bepen / Nacht-ſchade.** A. I.

Sonchus, *Sonchus aſper & laevis, latifolius & anguſtifolius*, **Zeugdiſtel.** A. I.

Spica Celtica, *Nardus Celtica.* **Spikenard.**

Spica Nardi Indica, **Spikenard uit Indien.**

Sophia, *Sophia Chirurgorum, Naſturtium ſylveſtre, tenuiſſime diviſum*, **Friekruit / Sophia.** A. I.

Tanacetum, *Tanacetum vulgare, Athanaſia, Athanaſia vulgaris, Tannacum*, **Rijnvaar / Wormkruid.** I.

Tapſus

Tapſus barbatus, *Verbaſcum*, *Verbaſcum latifolium, flore luteo*, **Wolle-kruid**. B. I.

Thuija, *Arbor vitae*, *Arbor Paradiſi*, **Boom des Levens**.

Thymus, *Thymum*, *Thymus vulgaris*, **Quendel / Hoop-Tym**.

Tormentilla, *v. Rad.*

Trifolium aquaticum, *Trifolium fibrinum*, *Trifolium paludoſum*, **Boksbonen / Water-drieblad / Drieblad**. I.

Trifolium odoratum, *Lotus urbana*, *Lotus odora*, **klaveren van Zevengetijden**.

Tuſſilago, *v. Rad.*

Verbena, *Verbena communis flore caeruleo*, **Yſerkruid**. I.

Veronica, *Veronica mas*, *Veronica ſupina, vulgatiſſima*, *Betonica Pauli*, **Eerenprijs Manneken**. I.

Vinca Pervinca, *Clematis Daphnoides, minor*, **Maagde-Palm**.

Vincetoxicum, *v. Hirundinaria in Rad.*

Violaria, *Viola martia*, **Violen-kruid**. I.

Virga aurea, *Virga aurea, anguſtifolia, minus ſerrata*, **Gulde Roede**.

Ulmaria, *Barba Caprae*, *Regina prati*, **Geitenbaard**. I.

Myrrhae, ana Uncias duas.
Mellis deſpumati Libras duas.

F. ſ. a. Electuarium.

SECTIO TERTIA.

De Conditis Conſervis & Rob.

Condita.

Conditae Radices Acori vulgaris.
Enulae campanae.
Satyrii.
Zingiberis.
Cortices Aurantiorum.
Citriorum.
Fructus Berberi.
Nuces Juglandes.
Moſchatae.
Cydoniorum Caro & Miva.

Coquantur Radices, Cortices & Fructus condiendi in f. q. aquae *ad debitam mollitiem; & condiendis Radicibus, Corticibus, & Fructibus affundatur* Syrupus optimus; *qui, cum nimis tenuis evaſerit, recoquatur & reaffundatur; idque fiat aliquoties, donec Syrupus affuſus debitam ſpiſſitudinem retineat.*

Conservae.

Conſervae Florum Anthos.
Calendulae.
Hederae terreſtris.

Con-

Conſervae Florum Roſarum pallidarum.
rubrarum.
Violarum.

Conſervae Herbarum Abſinthii vulg.
Meliſſae.
Menthae.
Salviae.

Humidiorum ſingulis libris in mortario marmoreo contuſis. *Adde* Sacchari albi libras tres.

R o b.

Rob Berberorum.
Ribeſiorum.
Sambuci.

℞. Succi Berberorum.
vel Ribeſiorum.
vel Baccar. Sambuci libr. tres.
Sacch. albi libr. unam.
Coque ſ. a. in conſiſtentiam Rob.

Rob Acaciae vulgaris, ſeu Prunorum ſylveſtrium.

℞. Fruct. Prunorum ſylveſtr. immatur. q. v.
Coque ad mollitiem; trajiciatur pulpa per cribrum.

Pul-

Pulpae trajectae librae uni *adde*
Sacchari albi libr. duas.
Coque in conſiſtentiam Rob.

Rob Juniperinum.

℞. Bacc. Junip. rec. quoad fieri poteſt q. v.
Coque leni igne ad mollitiem, & trajiciatur pulpa per cribrum.
Pulpae trajectae libr. uni *adde*
Sacch. albi puriſſimi libr. duas.
Evapora leniter in conſiſtentiam Rob.

CLAS.

CLASSIS TERTIA.

De Fluidiori modo formatis.

SECTIO PRIMA.

De Syrupis Loch & Mellitis.

Syrupi Simplices.

Syrupus Cardui benedicti.

℞. Succi ex Fol. Cardui benedicti recent. expreſſi & depurati libr. unam & ſemiſſem.
Sacch. albi libr. duas.
Coq. ad conſiſtentiam Syrupi.

Syrupus Citri.
Cydoniorum.
Rubi Idaei.

℞. Succi cujusvis horum recent. expreſſi & per ſubſidentiam depurati libram unam.
Sacch. clarificati ad conſiſtentiam tabellati cocti libras duas.
Agitando, redige in Syrupum.

Syrupus Papaveris albi.

℞. Capit. Papav. alb. bene ſiccat. unc. quatuordecim.
Macerentur viginti quatuor horis in
Aq. purae libr. octo.

De-

Deinde probe coquantur, & cocta exprimantur fortiſſime, expreſſis adde

Sacchari albi libr. duas.

Coque in Syrupum.

Syrupus Papaveris Erratici.

℞. Succi Florum Papav. Erratici fortiter expreſſi q. v.
Sacch. albi ad conſiſtentiam tabellati cocti q. ſ.

F. ſ. a. leni igne Syrupus.

NB. Deficientibus autem floribus recentibus, licebit eoſdem ſiccatos *cum* aqua *coquere*, *& decoctum cum* Saccharo albo *in conſiſtentiam Syrupi ſ. a. redigere.*

Syrupus Roſarum ſiccatarum.

℞. Roſarum rubrarum ſiccatarum libr. unam.

Macerentur horis viginti quatuor calide in aquae tepidae ſ. q.; *Colaturae expreſſae addantur*

Sacchari alb. libr. duae.

Coque in Syrupum.

Syrupus Roſarum ſolutivus.

℞. Infuſionis Roſarum pallidarum ſaepe iteratae libr. quinque.
Sacch. albi libr. quatuor.

Coque in Syrupum.

Syrupus Violaceus.

℞. Infuſionis florum Violarum recentium, a caliculis mundatorum, libr. duas.
Sacchari ad conſiſtentiam tabellati cocti q. ſ.

Ut agitando ſine coctione in Syrupum, valde caerulei coloris, redigatur.

Jalapium Roſaceum.

Fit cum aqua Roſarum deſtillata *eodem modo ut Syrupus Citri.*

Syrupi Compositi.

Syrupus Althaeae Fernelii.

℞. Rad. Althaeae unc. duas.
Aſparagi.
Glycyrrh. raſae.
Graminis.
Uvarum paſſarum ab arillis purgatarum ana unc. ſemis.
Cicerum rubrorum unc. unam.
Summitatum Althaeae.
Herb. Adianti utriuſque.
Malvae.
Parietariae.
Pimpinellae.
Plantaginis ana manip. unum.
Sem. quatuor frigid. maj.
min. contuſorum ana drachm. tres.

Coq. in ſ. q. aq. *ad tertiae partis conſumtionem. Colat. cum*

Sacchari albi libr. quatuor.

Coq. in Syrupum.

Syrupus Artemiſiae.

℞. Rad. Foeniculi.
Helenii.
Iridis.
Leviſtici.
Poeoniae.
Rubiae tinctorum ana unc. ſemis.
Herb. Artemiſiae Manip. duos.
Betonicae.
Calaminthae.
Chamaedrios.
Chamaepitios.
Hyſſopi.
Hyperici.
Majoranae.
Matricariae.
Meliſſae.
Nepetae.
Origani.
Praſii.
Pulegii.
Sabinae ana Manip. unum.
Sem. Aniſi.
Dauci.
Foeniculi.
Nigellae.
Ocimi.
Petroſelini.
Rutae ana drachm. tres.

Aquae

Aquae purae pint. quatuor.

Deſtillando abſtrahantur unciae quindecim, in quibus diſſolve.

Sacchari albi libr. duas cum ſemiſſe.

Reſiduo expreſſo & colato adde

Sacchari albi libr. duas cum ſemiſſe.

Coquantur in Syrupum priori commiſcendum, & condiendum

Cinamomi unc. una.

Spicae Indicae drachm. tribus.

Syrupus Capillorum Veneris.

℞. Herbae Capill. Veneris recentis, & parum conſciſſae unc. quinque.

Poſt macerationem viginti quatuor horarum in ſ. q. aq. calidae *ebulliant ſ. a. ſub finem adde*

Rad. Glycyrrhizae raſae uncias duas.

Colaturae clarificatae libr. quinque addantur

Sacchari albi libr. quatuor.

Coque ſ. a. in Syrupum.

Syrupus Cichorei cum Rhabarbaro.

℞. Rad. Apii.

Aſparagi.

Foeniculi recent. ana unc. duas.

Herb. Cichorei.

Endiviae ſativae.

Taraxaci ana manip. duos.

Fumariae.

Hepaticae, ſeu Lichenis.

Lactucae.
Lupuli.
Sonchi levis ana manip. unum.
Capill. Veneris.
Hordei integri ana unc. unam cum ſemiſſe.
Fructuum Alkekengi drachm. ſex.

Coque in ſ. q. aq. *ad tertiae partis conſumtionem, ſub finem addendo*

Rad. Glycyrrhizae raſae drachm. ſex.

Dein percolentur, & de hoc decocto deme ſ. q. ad ſequentem infuſionem; reliquo adde

Sacchari albi libr. quatuor.

Clarificata coque in Syrupum ſpiſſiorem; tum

℞. Rhabarb. electi unc. quatuor.
Spicae nardi Ind. drachm. duas.

Infundantur in decocti praeſcripti ſ. q. Poſt macerationem ſufficientem colatura fortiter expreſſa, miſceatur cum Syrupo, ſola ſcilicet diſſolutione.

Syrupus Diacodion.

℞. Capitum Papaveris albi ſine ſeminibus uncias.
Siliquarum dulcium ſine granis, uncias tres.
Rad. Althaeae.
Glycyrrhizae raſae ana uncias duas.

Coquantur ſ. a. in ſ. q. Aquae. *Colaturae expreſſae adde*

Sacchari canti albi libram unam & ſemis.

Coquantur ad conſiſtentiam Mellis, ſeu Syrupi ſpiſſioris.

Syrupus Fumariae.

℞. Rad. Polypodii quercini unc. duas.
Epithymi unc. unam cum ſemiſſe.
Cuſcutae.
Herb. Abſinthii Romani.
Endiviae.
Lupuli.
Scolopendrii ana manip. unum.
Coque in ſ. q. aq. *ad medias. Colaturae adde*
Succi depur. Fumariae libr. unam cum ſemiſſe.
Boraginis.
Bugloſſae ana libr. dimidiam.
Sacchari albi libr. quatuor.
Coque ſ. a. in Syrupum.

Syrupus Hyſſopi Zwelferi.

℞. Herb. Hyſſopi recentis unc. quatuor.
Rad. Apii.
Foeniculi.
Glycyrrhizae recent.
Petroſelini ana unc. duas.
Craſſiuſcule conſciſſis & contuſis, ac cucurbitae vitreae immiſſis, affundantur
Succi Hyſſopi libr. una.
Foeniculi libr. dimidia.
Et poſt digeſtionem unius diei f. deſtillatio ſuccorum fere ad ſiccitatem ſpecierum. Aquae deſtillatae denuo immerge,
Herb. Hyſſopi recentis.

Rad. Scillae recentis non praeparati ana unc. unam cum ſemiſſe.

Et poſtquam diei ſpatio in calore ſteterint, f. colatura, expreſſio, & filtratio. Tum ſpecies omnes a deſtillatione, & ultima extractione relictas coque cum

Aquae purae q. ſ. circiter ad libr. duas.

Decoctum expreſſum, albumine ovorum *optime clarificatum, cum*

Sacchari libris duabus.

Coquatur ad priſtinam hujus conſiſtentiam, ſive formam Tabellati; cui adde

Eſſentiae ſuperius deſtillatae & infuſae circiter unc. quindecim.

Sola diſſolutione F. Syrupus.

Syrupus Jujubinus.

℞. Jujubas ſexaginta.
Hordei mundati.
Rad. Glycyrrhizae raſae.
Herb. Capill. Veneris ana unc. unam.
Flor. Violarum.
Sem. Malvae ana drachm. quinque.
Cydoniorum.
Lactucae.
Melonum.
Papaveris albi ana drachm. tres.

Coque in ſ. q. aq. *ad partem dimidiam. Colaturae adde*

Sacchari albi libr. duas.

Coquantur in Syrupum.

Syru-

Syrupus Menthae.

℞. Succi Cydoniorum. } depurat.
Granatorum acidorum. }
Infuſ. Roſar. rubr. ana libr. dimid.
Sacch. alb. libr. tres.
Coq. ſ. a. in Syrupum. Sub finem coctionis adde
Succi Menthae depurati, libr. unam.

Syrupus Myrtinus.

℞. Bacc. Myrti unc. duas cum ſemiſſe.
Meſpil. immatur. libr. dimid.
Sem. Oxyacanthae ſen Berberis.
Sumach, ſeu Rhois Obſoniorum.
Flor. Balauſtiorum.
Roſar. rubr.
Ligni Santali albi.
Rubri ana unc. unam cum ſemiſſe.
Contuſa coque in ſ. q. aq. *ad tertiae partis conſumtionem; expreſſo & percolato decocto adde*
Sacch. albi clarificati libr. quinque.
Coquantur denuo ad ſpiſſiorem conſiſtentiam; ſub finem addendo
Succi depurati Cydoniorum.
Granatorum acidorum ana libr. duas.
F. ſ. a. Syrupus.

Syrupus quinque Radicum.

℞. Rad. recent. Apii.
Aſparagi.
Foeniculi.
Petroſelini.
Ruſci, ana unc. quatuor.
Coque in ſ. q. aquae; *colaturae adde*
Sacchari albi libr. quatuor.
Clarificata coquantur in Syrupum.

Syrupus Roſarum ſolutivus cum Sena.

℞. Fol. Senae mund. unc. octo.
Macerentur biduo in.
Infuſionis Roſarum pallidarum q. ſ.
Colaturae expreſſae adde
Sacch. albi libr. duas.
F. ſ. a. Syrupus; cui, antequam frigeſcat, admiſce Elaeoſacchar. ſeq.
℞. Ol. ſtillat. Anis.
Foenic. ana gtt. octo.
Sacch. optimi unc. dimidiam.
F. ſ. a. in mortario vitreo Elaeoſaccharum.

Syrupus Stoechadis.

℞. Florum Stoechadis unc. quatuor.
Herb. Betonicae.
Calaminthae.
Origani.
Thymi ana unc. unam. cum ſemiſſe.
Salviae.

Flor.

Flor. Roriſmarini ana unc. dimid.
Sem. Foeniculi.
Paeoniae.
Rutae ana drachm. tres.
Aquae purae pintas quatuor.

Deſtillentur per veſicam, & abſtrahatur pinta una, in qua ſolvantur

Sacch. alb. ad conſiſtentiam tabellati cocti unc. quadraginta.

Reſiduo expreſſo admiſce

Sacch. albi libr. duas & ſemiſſem.

Coque in Syrupum ſpiſſiorem priori commiſcendum.
F. ſ. a. Syrupus.

Syrupus Symphyti majoris.

℞. Radicum & Comarum Symphyti majoris.
Herb. Bellidis cum toto, ana partes tres.
Betonicae.
Pimpinellae.
Plantaginis.
Polygoni.
Scabioſae.
Tuſſilaginis.
Flor. Roſarum rubr. ana partes duas.

Ex omnibus virentibus in paucillo aquae *coctis exprimatur ſuccus, qui coquatur, & deſpumetur. Ejus libris tribus adde*

Sacch. alb. libras duas cum ſemiſſe.

Coque in Syrupum.

De

LOCH.

Loch Sanum & Expertum.

℞. Cinamomi optimi.
Herb. Hyſſopi.
Sem. Aniſi.
Foenic. dulc.
Rad. Iridis Flor. ana drach. duas.

Contuſa & conſciſſa macerentur in aq. purae q. ſ. ; *poſtea deſtillando abſtrahantur unc. tres , in quibus diſſolve.*

Sacchari penidii libr. ſemis.

In Reſiduo expreſſo & colato coque.

Sem. Lini drachm. duas.
Foenugraeci drachm. duas cum ſemiſſe.
Fruct. Jujub.
Sebeſten ana paria octo.
Paſſularum majorum exacinatarum.
Ficuum pinguium.
Dactylorum ab oſſibus liberatorum ana unc. unam.
Herb. Capill. Veneris manip. dimid.

Sub finem coctionis adde

Glycyrrhizae raſae drachm. duas.

Colaturae expreſſae admiſce.

Sacchari penidii libram ſemis.

Coquantur in Syrupum priori commiſcendum , cui tunc adde ſequentia in pulverem redacta.

Pulp. Pinearum mund. drachm. duas cum ſemiſſe.
Amygd. decorticat.

Rad.

Rad. Glycyrrhizae opt.
Gummi Tragacanthi.
Arabici.
Amyli ana drachm. duas.
Rad. Iridis Flor. drachm. unam cum ſemiſſe.
M. & diu agitando f. Loch album.

MELLITA.

Diamorum Nicolai.

℞. Succi Mororum immaturorum Celſi,
Rubi, ana libram unam.
Mellis optimi deſpumati libr. quatuor.
Coque in Syrupum Spiſſiorem.

Mel Chelidonii.
Mercurialis.

℞. Succi depurati Chelidonii, *vel*
Mercurialis libr. tres.
Mellis optimi deſpumati libr. quatuor.
Coque leni igne in Syrupi conſiſtentiam.

Mel Roſarum rubrarum.

℞. Flor. Roſarum rubrarum ſicc. libr. unam.
Macerentur in ſ. q. aq. *Dein colentur, & fortiter exprimantur, & adde expreſſae Infuſioni.*
Mellis optimi deſpumati libr. tres.
Coque leni igne in conſiſtentiam Syrupi ſpiſſioris.

Oxy-

Oxymel ſimplex.

Scilliticum.

℞. Mellis optimi deſpumati q. v.

Liqueſcat ſuper cineres calidos in vaſe fictili, liquefacto admiſceatur

Aceti vini albi, *ſive*

Scillitici q. ſ.

Ut agitando ſine coctione redigatur in conſiſtentiam Syrupi.

SE-

SECTIO SECUNDA.

De Acetis & Decocto Clyſteris.

ACETA.

Acetum Calendulae.
Lavendulae.
Roſaceum.
Rutaceum.

Fiunt omnia eodem modo.

℞. Florum, aut Herbarum mediocriter ſiccatarum unc. tres.
Aceti vini libr. duas.
Digerantur diu & dein colentur.

Acetum Lithargyrii.

℞. Lithargyrii unc. duas cum ſemiſſe.
Aceti vini pint. duas.
Digerantur, & ſubinde agitentur, donec acetum acredinem amiſerit, dein leviter ebulliant, & acetum decantatum ſervetur uſui.

Acetum Scilliticum.

℞. Rad. Scillae in taleolas ſect. & leviter ſiccat. libr. unam.
Aceti libr. ſex.
Digerantur diu, & dein colentur.

Acetum Theriacale.

℞. Theriac. Androm. unc. duas.

Acet.

Acet: vini unc. viginti quinque.

Digerantur diu, deinde acetum decantatum ſervetur uſui.

CLYSMA.

Decoctum Emolliens & Carminans Clyſteris.

℞. Fol. Althaeae.
Malvae.
Parietariae.
Verbaſci.
Flor. Chamomill.
Melil. ana pugil. unum.
Sem. Foenic. dulc. drachm. duas.
Coq. in ſ. q. aq. *ad unc. octo.*

PARS

PARS TERTIA.

De Praeparationibus & Compoſitionibus externis.

SECTIO PRIMA.

De Oleis.

OLEA PER EXPRESSIONEM.

Oleum Amygdalarum amararum.
dulcium.
Laurinum genuinum ex fortunatis Inſulis adfertur.
Macis ex India Orientali venit.
Nucis Moſchatae tranſportatur ex India Orientali.
Olivarum maturarum venit ex Hiſpania.
Palmae ex Indys & Guinea adfertur.
Sem. Hyoſcyami.
Lini.
Nigellae.
Papaveris.

Sequenti modo parantur.

℞. Amygdalar. dulcium ſiccatar. non rancidar. q. v. *Minutiſſime contuſis panno aſpero cannabino inde, & praelo frigido ſenſim Oleum exprime.*

Olea per Infusionem et Decoctionem.

Oleum Abſinthii ex Comis.
Anethinum ex foliis, & floribus.
Chamaemelinum ex floribus.
Hyperici ex ſummitatibus, & floribus.
Nepetae.
Roſaceum completum ex Roſis apertis, & Oleo maturo.
Rutaceum.
Solani ex foliis & baccis cum Ol. Roſaceo.
Trifolii odorati ex foliis, & floribus.
Violaceum ex floribus, & Ol. Olivarum.

Fiunt omnia eodem modo, ut

℞. Comarum Abſinthii virentis inciſarum & contuſarum unc. quatuor.
Olei Olivarum libr. tres.

Macerentur per quindecim. dies in vaſe vitreo in loco calido; ter repetendo Comarum infuſionem, tum coq. donec omnis liquor fuerit conſumtus.

Oleum Capparum.

℞. Cort. Rad. Capparum unc. unam.
Tamariſci.
Rad. Cyperi.

Sem.

Sem. Agni caſti.
Fol. Scolopendrii, ana drachm. duas,
Rutae drachm. unam,
Aceti vini.
Vini optimi ana unc. duas,
Olei maturi libr. unam.

Coque ad conſumtionem Vini & Aceti; tum colentur & exprimantur.

Oleum Caſtorei.

℞. Caſtorei.
Styracis Calamitae.
Gummi Opopanacis,
Galbani.
Euphorbii.
Caſſiae ligneae.
Rad. Coſti amari.
Cyperi longae.
Pyrethri.
Spicae Nardi Indicae,
Fol. Sabinae.
Croci.
Flor. Schoenanthi.
Sem. Cubebar.
Piperis longi.
nigri ana drachm. duas.
Olei libras tres.
Vini libr. duas.

Conſciſſa & contuſa macerentur viginti quatuor horas in Vino, tum adde Oleum, coque ad conſumtionem Vini; dein cola & exprime.

Oleum Crocinum pro Emplaſtro e Ranis.

℞. Croci Britannici.
Sem. Cardamomi minoris.
Rad. Acori ana unc. unam.
Myrrhæ unc. dimid.
Infunde Aceto *ſex dies, dein adde*
Olei Olivarum libr. unam cum ſemiſſe.
Coque leni igne ad Aceti conſumtionem; dein colentur & exprimantur.

Oleum Irinum.

℞. Rad. Irid. recent. contuſar. libr. ſemiſſem.
Flor. Irid. caerul. recent. libr. unam.
Decoct. vel Succi rad. Irid. libr. unam.
Ol. Olivar. libr. tres. & ſemiſſem.
Coq. ad Liquoris conſumtionem; colentur & exprimantur.

Oleum Lumbricorum terreſtrium.

℞. Lumbricorum terreſtrium Vino albo lotorum libr. dimid.
Ol. Olivarum libr. duas.
Vini albi unc. quatuor.
Ebulliant, donec Vinum ſit conſumtum, dein cola & leniter exprime.

Oleum Mucaginum.

℞. Rad. Althaeae recent. inciſarum unc. quatuor.
Scillae recent. contuſ. unc. unam.
Sem. Foenugraeci.
Lini integror. ana unc. unam cum ſemiſſe.

Poſt

Poſt macerationem in ſ. q. aquae, *leniter coque, donec craſſam & viſcoſam deponant mucilaginem, cui adde*

Olei Anethini.
Chamaemelini.
Liliorum alborum ana unc. ſexdecim.

Simul coquantur, donec aqua conſumta fuerit, cavendo, ne empyreuma contrahant.

Oleum Nardinum.

℞. Rad. Spicae Nardi unc. tres.
Fol. Majoranae unc. duas.
Lauri.
Ligni Aloës.
Rad. Calami Arom.
Cyperi.
Helenii.
Sem. Cardamomi.
Macis.
Flor. Schoenanthi ana unc. unam cum ſemiſſe.
Vini albi.
Aquae communis ana unc. quatuordecim.
Olei Olivarum libr. quatuor cum ſemiſſe.

Coque ſ. a. ad. aq. & vini conſumtionem; colentur & exprimantur.

Oleum Scorpionum.

℞. Scorpionum viventium & alacrium No. Quinquaginta.

Iis affunde

Ol. Amygd. amar. libr. duas.

SECTIO SECUNDA.

De Unguentis & Balſamis.

Unguenta.

Unguentum Aegyptiacum.

℞. Aeruginis Uncias quinque.
Aluminis crudi unciam unam.
Mellis oprimi unc. quatuordecim.
Aceti fortis unc. ſeptem.
Coq. ſ. a. ad conſiſtentiam Unguenti.

Unguentum Album camphoratum.

℞. Olei Roſacei libr. unam.
Cerae albae unc. tres.
Ceruſſae unc. ſex.
Camphorae cum Ol. Roſac. tritae drachm. duas.
F. ſ. a. Unguentum.

Unguentum Althaeae ſimplex.

℞. Olei Mucaginum libr. duas.
Cerae citrinae libr. dimid.
Reſinae unc. tres.
Terebinthinae unc. unam cum ſemiſſe.
F. ſ. a. Unguentum.

Unguentum Althaeae compoſitum.

℞. Olei Mucaginum libr. duas.
Cerae citrinae libr. dimid.

Re-

Reſinae.
Colophoniae ana unc. tres.
Gummi Galbani.
Hederae.
Terebinthinae ana unc. unam.
F. ſ. a. Unguentum.
Notetur, Gummi Galbanum in Aceto *ſolvendum eſſe.*

Unguentum Arthanitae.

℞. Succi Rad. Cyclaminis libr. unam.
Aut ejus loco.
Decocti unius librae Radic. Cyclaminis ſiccatarum, in taleolas inciſarum.
Succi Cucumeris aſinini.
Butyri vaccini ana libr. dimid.
Ol. Irini libr. unam.
Rad. Polyp. quer. unc. tres.
Palpae Colocynthidis unc. unam cum ſemiſſe.
Euphorbii drachm. duas.

Contuſa macerentur aliquot dies; poſtea leviter ebulliant, donec ſucci conſumti ſint; cola & exprime. In expreſſo liqueſiant.

Cerae flavae unc. duae cum ſemiſſe.
Hiſce adhuc tepidis immiſce.
Gummi Sagapeni Aceto ſoluti, cocti, colati, & denuo ad conſiſtentiam juſtam evaporati drachm. tres.
Fellis taurini evaporati ad Mellis craſſitiem unc. dimid.
Et poſtea ſequentia in pulv. tenuiſſimum redacta.

Scammonii.
Colocynthidis.
Turbith albi.
Aloës.
Bacc. Mezeraei, ana drachm. duas cum ſemiſſe.
Euphorbii.
Myrrhae.
Flor. Chamaemeli.
Piperis longi.
Rad. Zingiberis ana drachm. unam.
Salis gemmae drachm. duas.
F. ſ. a. Unguentum.

Unguentum Aureum.

℞. Olei communis libr. duas.
Cerae citrinae unc. ſex.
Terebinthinae unc. duas.
Reſinae pini.
Colophoniae ana unc. cum ſemiſſe.
Hiſce ſimul liquatis, & tepefactis, inſpergatur ſeq. pulvis.
Maſtiches.
Thuris ana unc. unam.
Croci drachm. unam.
F. ſ. a. Unguentum.

Unguentum Baſilicon.

℞. Cerae citrinae.
Picis nigrae.
Reſinae, ana libr. dimid.

Olei

Olei communis libr. duas.

F. ſ. a. Unguentum.

Unguentum Calcis.

℞. Succi Lactucae.
Plantaginis.
Solani ana unc. quatuor.
Ol. Roſac. libr. duas.
Lithargyrii auri.
argenti ana unc. tres.

Coque igne leni ad Unguenti conſiſtentiam; dein adde
Cerae albae unc. quatuor.
Sevi vitulini unc. octo.
Unguenti Roſac. unc. duas cum ſemiſſe.

Omnibus liquefactis admiſce
Calcis vivae unc. duas.
Ceruſſae unc. duas cum ſemiſſe.
Tutiae praepar. drachm. duas.

Commiſceantur exacte, & agitentur, donec refriguerint.

Unguentum Diapompholygos.

℞. Olei Solani unc. ſexdecim.
Cerae albae unc. quinque.

Simul liquefactis inſperge
Ceruſſae lotae unc. duas.
Pompholygos praeparatae.
Plumbi uſti, & loti ana unc. unam.

Haec in tenuiſſimum redigantur pulverem, & per cribrum trajiciantur; Huic pulveri adde

Thuris unc. unam.

Et ſuperiori ſolutioni fere frigefactae inſperge; & fiat cum piſtillo agitatio, ut ſit Unguentum.

Unguentum Enulatum cum Mercurio.

℞. Radicum Enulae camp. in Aceto coctarum, contuſarum, cribratarum, & modice ſiccatarum libr. unam.
Axungiae porcinae veteris ſalitae unc. octo.
Olei veteris unc. quatuor.
Argenti vivi,
Cerae novae,
Terebinthinae lotae ana unc. duas.
Salis communis in ſubtiliſſimum pulv. redact. unc. unam.

Liquefiant Axungia, Oleum & Cera; liquefactis admiſce Rad. Enulae camp. pulpam, Sal & Terebinthinam, in qua Mercurius exacte ſit extinctus.

F. ſ. a. Uuguentum.

Eodem mode ſit

Unguentum Enulatum ſine Mercurio & Terebinthina.

Unguentum Martiatum.

℞. Herb. Abſinthii.
Abrotani.
Baſilici.
Calaminthae.
Centaurii minoris.

Cha-

Chamaedryos.
Coſti hortenſis.
Illecebrae.
Majoranae.
Menthae aquaticae.
Paralyſis.
Sabinae.
Salviae.
Sambuci ana unc. unam cum ſemiſſe.
Fol. Lauri.
Herb. Roriſmarini.
Rutae ana unc. tres.
Sem. Cumini.
Foenugraeci.
Urticae majoris ana unc. dimid.
Medullae cervinae unc. ſex.
Styracis liquidae unc. tres.
Butyri libr. unam.
Ol. nucis Moſch. expreſſi unc. unam.
Olivarum libr. quatuor.
Cerae citrinae libr. unam.
Vini albi q. ſ.

Herbae & Semina conſciſſa & contuſa, poſt debitam macerationem, coque in Vino & Oleo ad conſumtionem humidi. Tum in Oleo expreſſo liquefiant Medulla cervina, Butyrum & Cera. Quibus ſub finem liquationis, adde Oleum nucis Moſch. expreſſ. & Styracem liquidam, ut

F. ſ. a. Unguentum.

Unguen-

Unguentum Nervinum.

℞. Unguenti Althaeae unc. octo.
Axung. Porci unc. quatuor.
Ol. Anethini.
Chamaemelini.
Laurini.
Lumbricorum ana unc. unam cum ſemiſſe.
Sp. Vini unc. duas.
Cerae q. ſ.
Liqueſiant leni igne, & agitentur in Unguentum, frigide admiſcendo,
Ol. Petrae.
Spicae.
Terebinthinae ana drachm. ſex.

Unguentum Nutritum.

℞. Lithargyrii auri, tenuiſſime laevigati, libr. dimid.
Ol. Roſac.
Aceti vini ana q. ſ.
Agitando in mortario f. ſ. a. Unguentum.

Unguentum Nutritum dictum ſine corpore.

℞. Aceti Lithargyrii unc. quatuor.
Ol. Olivarum q. ſ.
Ut agitatione f. Unguentum mollius.

Unguentum Oculare.

℞. Lapidis calaminaris praeparati unc. tres.
Tutiae praeparatae unc. unam.
Vitrioli albi.

Cam-

Camphorae ana ſcrup. duos.
Ung. Roſacei libr. unam.
F. ſ. a. Unguentum.

Unguentum Populeum.

℞. Oculorum, ſeu Gemmarum Populi recent. libr. tres.
Axung. porcinae rec. libr. ſex.
Oculi ſeu Gemmae Populi contundantur, & macerentur in Axungia, donec ſequentes Herbae collectae fuerint.
℞. Herb. Bardanae.
Hyoſcyami.
Lactucae.
Mandragorae.
Papaveris nigri.
Sempervivi majoris.
minoris.
Solani.
Violarum.
Umbilici Veneris, *vel* Portulacae.
Comarum Rubi tenerrimarum ana manip. duos.
Contuſa cum Axungia porcina & Oculis Populi, coque ad conſumtionem humidi; & f. ſ. a. Unguentum.

Unguentum Roſaceum.

℞. Axungiae Porci a membranis exacte liberati, libr. duas.
Aq. Roſac. deſtill. unc. decem.
Agitentur in mortario marmoreo, donec aqua penitus ſit ſubacta.

BAL-

BALSAMI.

Balſamus Arcaei.

℞. Gummi Elemni.
Terebinthinae abietinae ana unc. unam cum ſemiſſe.
Sevi caſtrati antiqui & liquefacti unc. duas.
Pinguedinis porcinae antiquae liquefactae unc. unam.
M. F. ſ. a. Balſamus.

Balſamus Lucatellae, ſecundum receptam deſcriptionem.

℞. Ol. Olivarum.
Terebinth. venetae optime lotae ana unc. ſex.
Cerae citrinae unc. quatuor.
Balſ. Peruviani drachm. duas.
Ligni Santali rubri unc. dimid.
Vini Canarini unc. quatuor.
F. ſ. a. Balſamus.

SE-

SECTIO TERTIA.

De Emplaſtris & Ceratis.

EMPLASTRA.

Emplaſtrum dictum Diapalma.

℞. Olei veteris.
Lithargyrii auri ana libr. tres.
Coque cum ſ. q. aquae purae. *Interea agitanda adde*
Axung. porci libr. duas.
M. F. ſ. a. Emplaſtrum.

Emplaſtrum Diachylon cum Gummi.

℞. Olei Mucaginum libr. octo.
Lithargyrii auri libr. quatuor.
Cerae.
Terebinthinae ana libr. dimid.
Gummi Ammoniaci.
Galbani.
Opopanacis.
Sagapeni ana unc. quatuor.
Simul coctis Oleo & Lithargyrio cum ſ. q. aq. *addatur Cera; dein Gummi* Aceto *diſſoluta, & ſ. ſ. a. Emplaſtrum.*

Emplaſtrum defenſivum Rubrum.

℞. Fol. Salicis.
Fraxini ana manip. quatuor.
Rubi.
Conſolidae Majoris cum toto ana manip. duos.

Cor-

Cort. Rad. Fraxini.
Summitat. Myrthi ana manip. unum.
Contuſis omnibus affunde
Vini rubri auſteri unc. quadraginta.
Aceti Roſac. unc. duas.
Macerentur in loco tepido octo diebus continuis, dein adde
Olei Roſar. libr. unam & mediam.
Maſtichini libr. mediam.
Coquantur leni igne; colatura fortiter expreſſa bulliat cum
Lithargyri Auri &
Argenti ana unc. ſex.
Ad Emplâſtri conſiſtentiam, addendo inter coquendum
Sevi ovilli libr. unam.
Cerae novae libr. duas.
Et finita coctione
Terebinth. unc. quatuor.
Thuris.
Myrrhae ana unc. unam.
Maſtiches drachm. duas.
Boli armenae.
Minii.
Terrae ſigill. ana unc. quatuor.
M. f. ſ. a. Emplaſtrum.

Emplaſtrum Diaſulphuris, quod Rulandi eſſe dicitur.

℞. Balſ. Sulph. Rulandi unc. tres.
Cerae flavae unc. dimid.

Co-

Colophon. drachm. tres.
Myrrhae ad pondus omnium.

Cera, Colophonia Oleoque liquefactis & bene commixtis, inſpergatur paulatim Myrrha ſubtiliſſime trita, & igne leni coquantur ſpatula ſemper agitando, donec bene permixta fuerint; dein poſt quartam horae partem ab igne removeantur, & paulatim frigeſcant.

F. ſ. a. Emplaſtrum.

Emplaſtrum Diapompholygos.

℞. Cerae Citrinae unc. quindecim.
Olei ſolani unc. quatuordecim,
Ceruſſae unc. quatuor.
Plumbi uſti unc. ſex.
Pompholygos unc. unam cum ſemiſſe.
Thuris drach. decem.

M. f. Emplaſtrum.

Emplaſtrum e Baccis Lauri.

℞. Bacc. Lauri unc. duas.
Maſtiches.
Myrrhae.
Thuris ana unc. unam.
Rad. Coſti amar.
Cyperi rotund. ana unc. dimid.

In pulverem ſubtiliſſimum redacta, excipiantur Melle deſpumato; *dein adde*

Cerae flavae.
Ol. Laurini.
Terebinth. ven. ana unc. dimid.

M. F. ſ. a. Emplaſtrum,

Emplaſtrum dictum Gratia Dei.

℞. Cerae novae.
Reſinae.
Sevi hircini ana unc. quatuor.
Terebinth. unc. duas.
Maſtiches.
Olibani ana drachm. tres.
M. F. ſ. a. Emplaſtrum.

Emplaſtrum Griſeum, ſeu Lapidis Calaminaris.

℞. Lapidis calamin. praepar. unc. unam.
Lithargyrii unc. duas.
Ceruſſae.
Tutiae ana unc. dimid.
Terebinth. unc. unam.
Thuris drachm. quinque.
Maſtiches drachm. tres.
Myrrhae drachm. duas.
Camphorae drachm. unam cum ſemiſſe.
Cerae albae unc. unam cum ſemiſſe.
Sevi hircini unc duas.

Redacta in pulverem, quae in eum redigi debent, miſceantur cum Cera, Sevo, & Terebinthina ſimul liquatis. Sub finem adde Maſtichen, Myrrham, & Thus. Refrigeratis admiſce Camphoram cum Oleo Roſaceo *tritam.*

M. F. ſ. a. Emplaſtrum.

Em-

Emplaſtrum e Labdano.

℞. Empl. Diapalmae libr. ſex.
Ol. Laurini unc. unam cum dimid.
Colophoniae.
Cerae citrinae ana unc. novem.
Gummi Galbani.
Ammoniaci.
Bdellii.
Opopanacis.
Elemni.
Styracis calamitae ana unc. duas.
Terebinth.
Reſinae pini ana unc. tres.
Pulv. rad. Irid. Flor.
Labdani ana unc. tres cum ſemiſſe.
Bacc. Lauri.
Sem. Cumini.
Flor. Chamaemeli.
Melil.
Roſar. rubr. ana unc. tres.
Herb. Thymi.
Fol. Sabinae ana unc. unam.

Liqueſcant ſimul Empl. Diapalma, Colophonia, Reſina Pini, Cera, Gummi Elemni. Liquatis adde Ol. Laurinum; tum Gummi Galbanum, Ammoniacum, Opopanax aceto *prius depurata, & cum Terebinth. mixta. Dein ſenſim adde reliquos pulveres.*

M. f. ſ. a. Emplaſtrum.

Emplaſtrum Meliloti.

℞. Summitat. Meliloti unc. ſex.
Fol. Abſinthii.
Majoranae.
Flor. Chamaemeli.
Sem. Foenugraeci.
Bacc. Lauri.
Rad. Althaeae ana drachm. tres.
Cyperi.
Iridis.
Spicae Nardi Indicae.
Caſſiae ligneae.
Sem. Ammios.
Apii.
Cardamomi minoris ana drachm. duas cum ſemiſſe.
Gummi Ammoniaci drachm. decem.
Bdellii.
Styracis calamitae ana drachm. quinque.
Terebinth. unc. unam cum ſemiſſe.
Ficus ſiccatas N°. duodecim.
Reſinae.
Sevi hircini ana unc. quatuor.
Cerae citr. unc. octo.
Olei Spicae unc. duas.
Majoranae q. ſ.
M. f. ſ. a. Emplaſtrum.

Emplaſtrum Minii.

℞. Minii libr. unam.
Olei communis libr. duas.
Coque ſ. a. addendo
Cerae libr. dimid.
Terebinth. unc. quatuor.
Plumbi uſti praep. unc. duas.
M. f. ſ. a. Emplaſtrum.

Emplaſtrum Mucaginum.

℞. Olei Mucaginum unc. ſex.
Gummi Ammoniaci.
Galbani.
Opopanacis.
Sagapeni ana unc. dimid.
Croci drachm. duas.
Cerae citrinae unc. viginti.
Terebinth. unc. duas.
F. ſ. a. Emplaſtrum.

Emplaſtrum Oxycroceum.

℞. Cerae citrinae.
Colophoniae.
Picis navalis ana unc. ſex.
Croci Britann. unc. unam.
Gummi Ammoniaci.
Galbani.
Maſtiches.
Myrrhae.

Terebinth.
Thuris ana unc. duas.
Aceti q. ſ. diſſolvendis gummi.
F. ſ. a. Emplaſtrum.

Emplaſtrum Ranarum ſine Mercurio.

℞. Olei Chamaemelini.
Anethini.
Lilior.
Spicae ana unc. quatuor.
Crocini unc duas.
Axungiae porcinae libr. duas.
Pinguedinis vitulinae libr. unam.
Ol. Laurini unc. octo.
Thuris maſculi unc. duas cum ſemiſſe.
Euphorbii drachm. decem.
Ranas viventes vino lotas N°. duodecim.
Lumbricorum terreſtr. vino ablutorum unc. ſeptem.
Fol. Matricariae.
Flor. Schoenanthi.
Stoechadis ana manip. duos.
Succi Rad. Ebuli.
Enulae camp.
Terebinth. clarae ana unc. quatuor.
Styrac. liquidae unc. tres.
Lithargyrii auri libr. duas.
Vini generoſi libr. quatuor.
Cerae albae q. ſ.
F. ſ. a. Emplaſtrum.

Idem

Idem cum Mercurio.

Si idem quis cum Mercurio velit, addantur
Argenti vivi, Terebinth. optime extincti, unc. octo.
Et intime commiſceantur.

Emplaſtrum e Spermate Ceti.

℞. Cerae albae unc. duas.
Sperm. Cet. drachm. duas.
Gummi Galbani aceto ſol. unc. dimid
M. f. ſ. a. Emplaſtrum.

Emplaſtrum Stichticum Paracelſi.

℞. Gummi Ammon.
Bdellii ana unc. duas.
Galbani.
Opopanacis.
Myrrhae.
Olibani.
Rad. Ariſtol. longae.
rotundae.
Dictamni albi.
Magnetis praep. ana unc. unam.
Olei Hyperici libr. duas.
Laurini unc. duas.
Lithargyrii auri libr. unam cum ſemiſſe.
Cerae citrinae libr. dimid.
Terebinth. unc. quatuor.
M. f. ſ. a. Emplaſtrum.

Emplaſtrum Veſicatorium.

℞. Pulveris Cantharidum.
Cerae flavae ana unciam unam cum ſemiſſe.
Reſinae.
Therebinthinae.
Picis navalis ana drachm. ſex.
Sem. Sinapi.
Piperis albi ana unciam ſemiſſem.
Gummi Ammoniaci.
Galbani ana drach. tres.
Aeruginis.
Pyrethri ana drach. duas.
Euphorbii drach. unam.
Olei pauxillum.
F. ſ. a. Emplaſtrum.

Paſta Veſicatoria.

℞. Cantharid cum alis & pedibus q. v.
Fermenti panis ſecalicei q. ſ.
M. f. Paſta.

CERATA.

Ceratum e Cumino.

℞. Cerae flavae.
Empl. Diapalmae.
Ol. Olivarum.
Sem. Cumini in ſubtiliſſimum pulv. redacti ana unc. decem.
M. f. ſ. a. Ceratum.

Cera-

Ceratum defenſivum caeruleum.

℞. Olei Olivarum libr. dimid.
Ung. Nutriti.
Cerae flavae unc. quatuor.
Smalthi unc. tres.
M. f. ſ. a. Ceratum.

Ceratum Stomachicum Galeni.

℞. Maſtiches.
Flor. Roſ. rubr. ana drachm. viginti
Herb. Abſinth. drachm. quindecim.
Rad. Spicae Nardi Indicae drachm. decem.
Ol. Roſac. libr. unam.
Cerae q. ſ.
M. f. ſ. a. Ceratum.

PARS QUARTA.

De Praeparationibus Chymicis.

CLASSIS PRIMA.

De Productis Vegetabilium.

SECTIO PRIMA.

Per Deſtillationem.

AQUAE.

Aqua Abſinthii.
Arboris Vitae.
Artemiſiae.
Baccar. Juniperi.
Boraginis.
Cardui benedicti.
Chelidonii majoris.
Cichorei.
Cochleariae.
Cortic. recent. aurant.
Citrior.
Euphragiae.
Foeniculi.
Florum Aurant. ſeu Naphae.
Lavendulae.

Aqua

Aqua Florum Liliorum convallium.
Papaveris erratici.
Roſarum.
Sambuci.
Tiliae.
Fumariae.
Hyſſopi.
Majoranae nobilis.
Matricariae.
Meliſſae.
Menthae.
Petroſelini.
Plantaginis.
Pulegii.
Roriſmarini.
Rutae.
Sabinae.
Salviae.

Omnes aquae ſimplices, quoad ejus fieri poteſt, ex herbis & floribus recentibus, vel ſale conditis, deſtillentur; neque ante elapſum trium ſeptimanarum ſpatium exhibeantur, & cavendum, ne empyreuma contrahant. Tempore vero hyberno, cum flores & herbae recentes obtineri nequeunt, neque ſale conditae forte in promptu ſunt ex ſiccatis iiſdem deſtillare licet.

Aqua

Aqua Centaurei minoris Rad. Graminis.

℞. Herbae Centaurei minoris, *vel*
Radic. Graminis q. v.

Contuſae macerentur affuſa aqua ad exceſſum duorum digitorum *cum tantillo* florum Cereviſiae, *& digerantur per aliquot dies, donec ſubaceſcant; poſtea deſtillentur uſque dum dimidium aquae affuſae exſtillarit.*

Aqua Cinamomi.

℞. Cinamomi acuti libr. unam.
Aquae ſimplicis pintas ſeptem.

Macerentur per dies ſex. Tum deſtilla tamdiu, donec aqua per alembicum adſcendens, non amplius albeſcat.

Spiritus Simplices.

Spiritus Vini Rectificatus & Alcohol.

℞. Spiritus Vini q. v.

Deſtilla ad medias, erit Spiritus Rectificatus; *qui rurſus ad medias deſtillatus praebet* Alcohol.

Spiritus Rad. Angelicae.

℞. Rad. Angel. unc. quatuor.
Conſciſſis affunde
Sp. vini libras duas cum ſemiſſe.

Digere per biduum, & leni igne deſtilla ad dimidiam partem.

Spiri-

Spiritus Corticum Aurantiorum.
Citriorum.

℞. Corticum rec. Aurantiorum *vel*
Citriorum libr. unam cum ſemiſſe.
Sp. vini libras decem.
Deſtilla ſ. a. ad partem dimidiam.

Spiritus Cochleariae.

℞. Fol. Cochleariae parum conſciſſ. libr. ſex.
Sp. vini libr. novem.
Deſtilla ſ. a. in vitro ad dimidiam partem.

Spiritus Menthae.

℞. Herb. Menthae unc. octo.
Spiritus Vini unc. triginta.
Deſtilla ad tres quartas partes.

Spiritus Florum Lavendulae.

℞. Florum Lavendulae recent unc. duas.
Spiritus vini unc. triginta.
Deſtillentur ad partem dimidiam.

Spiritus Florum Liliorum Convallium.

℞. Flor. Lil. Convall. recent. unc. octo *vel*
Eorundem Sale conditorum unc. duodecim.
Spiritus vini unc. triginta.
Deſtilla in vitro ad tres quartas partes.

Spiritus Compositi.

Aqua Antinephritica.

℞. Rad. Raphani ſylveſtr. rec. unc. quatuor.
Petroſelini rec. unc. duas.
Fol. Hederae terreſtr. viridis manip. quatuor.
Herb. Chaerefolii rec. manip. duos.
Gemmarum Ribeſiorum nigrorum, recenter collectarum, unc. duas.
Sem. Foeniculi dulcis.
Dauci cretici.
Petroſelini Macedonici.
Urticae.
Bacc. Juniperi ana unc. unam.
Conſciſſis & contuſis affundantur
Vini Rhenani librae decem.
Macerentur per tres dies, dein deſtillentur ſ. a. ad partem dimidiam.

Aqua Antiparalytica.

℞. Ligni Saſſafras. unc. tres.
Herb. Betonicae.
Calaminthae montanae.
Chamaedryos.
Chamaepytios.
Hyſſopi.
Majoranae.
Origani.
Primulae veris.

Pule-

Pulegii.
Roriſmarini.
Salviae.
Serpylli.
Thymi.
Flor. Lavendulae
Stoechados ana manip. unum.
Bacc. Juniperi, unc unam.
Spiritus Vini, ad exceſſum quatuor digitorum.

Infundantur per triduum; dein deſtillentur ſ. a. in vitro fere ad ſiccitatem. Liquori deſtillato per duodecim horas infundantur.

℞. Rad. Coſti amari.
Pyrethri.
Zingiberis.
Sem. Sinapios albi.
Caryophyllorum.
Piperis.
Cinamomi.
Styracis Calamitae.
Caſtorei, ana drachm. unam.

Deſtillentur ſ. a. ad partem dimidiam, & aqua ſtillatitia uſui ſervetur in lagena probe obturata.

Aqua Quercetani ad Gonorrhaeam.

℞. Rad. Irid. florent.
Fol. Menth. criſp.
Dictamni cretici. ana unc. unam.
Sem. Agni caſti.
Lactucae.

Ru-

Rutae ana drach. ſex.
Thereb. ven. unc. quatuor.
Vini Gallici unc. viginti.
Deſtillentur ſ. a. in vaſe vitreo ad partem dimidiam.

Aqua vitae Matthioli, demtis ſuperfluis.

℞. Cinamomi unc. unam.
Zingiberis.
Zedoariae ana unc. ſemis.
Caryophyllorum.
Galangae.
Nuc. Moſch. ana drachm. duas & ſemis.
Macis.
Cubebar. ana drachm. unam.
Cardamomi utriuſque.
Sem. Melanthii.
Aniſi.
Foeniculi dulcis.
Paſtinacae ſylveſtris.
Ocimi.
Rad. Angelicae.
Caryophyll.
Calami odorati.
Fol. Amaraci.
Calaminthae.
Menthae.
Pulegii.
Sclaraeae.
Thymi.

Flor.

Flor. Betonicae.
Rorismarini
Salviae.
Stoechados.
Cort. Citri.
Pulv. Arom. ros. ana drachm. tres.

Contuſis, & conſciſſis omnibus, atque Cucurbitae vitreae inditis; affunde

Sp. vini optimi libr. duodecim.

Macerentur quatuordecim dies, & in B. M. ſ. a. deſtilla ad medias.

Spiritus Antiſcorbuticus F. Dekkers.

℞. Rad. Raphani ruſt. unc. unam.
Angelicae drachm. tres.
Fol. Cochleariae.
Scordii.
Menthae criſpae ana manip. unum.
Sem. Foenic. dulc.
Flaved. Cort. citri recent.
Cort. Winterani ana drachm. tres.
Salis ammoniaci drach. unam cum ſemiſſe.

Conſciſſis & contuſis affunde

Vini Gallici, &
Spiritus vini ana pintas duas cum ſemiſſe.

Leni calore per B. M. deſtilla ad dimidiam partem.

Spiritus Carminativus Sylvii.

℞. Rad. Angelicae.
Galangae min.

Oſtrutii.
Zinziberis ana drachm. unam cum ſemiſſe.
Herb. Baſiliconis.
Majoranae.
Roriſmarini.
Rutae hortenſis.
Summit. Centaurii minoris ana manip. ſemis.
Bacc. Lauri drachm. tres.
Sem. Angelicae.
Aniſi.
Leviſtici ana unc. ſemis.
Nuc. Moſch.
Macis ana drachm. unam cum ſemiſſe.
Cinamomi acutiſſimi drachm. ſex.
Caryophyll.
Flaved. Cort. aur. ana drachm. unam.
Conſciſſis & paulum contuſis affunde
Sp. vini Malvatici, vel Hiſpanici unc. quadraginta.
Digere per biduum in B. M. Dein deſtilla.

Spiritus Ceraſorum nigrorum.

℞. Herb. Majoranae nobilis manip. duos.
Flor. Anthos.
Liliorum Convallium.
Stoechados.
Tiliae ana drachm. ſex.
Conſciſſis adde
Ceraſorum nigrorum cum nucleis bene in mortario marmoreo contuſorum libr. octo.

Tunc

Tunc affunde

Vini albi optimi libr. decem.

Poſt macerationem ſeptem dierum, deſtilla in vitro ſ. a. ad dimidiam partem.

Spiritus ſeu Balſamus Embryonis.

℞. Nuc. Moſch. drach. duas cum ſemiſſe.
Macis drachm. unam cum ſemiſſe.
Caryophyll.
Cinnam. electi.
Rad. Zinziberis.
Zedoariae ana drachm. duas.
Galangae minoris drachm. unam.
Croci optimi drach. unam cum ſemiſſe.
Flor. Ros. pallid.
Lil. convall.
Paeoniae.
Tiliae.
Tunicae ana unc. unam. } recent.
Herb. Majoran.
Meliſſae.
Salviae ana unc. duas. } recent.
Cort. Aurant.
Citri ana unc. tres. } recent.
Sem. Foeniculi drachm. tres.

Conſciſſis & contuſis affunde

Vini Malvatici vel Hiſpanici pintas duas cum ſemiſſe.
Aq. Lilior. Convall. &
Florum Tiliae ana libr. duas cum ſemiſſe.

Stent in infuſione calida per octo dies. Dein deſtilla ſ. a. ad tres quartas partes.

Spiritus Matricalis Burrhi.

℞. Maſtich.
Myrrh.
Olibani.
Succini ana unc. duas.
Contuſis affundantur
Spiritus vini rectificati unc. viginti quatuor.
Digerantur ſpatio quatuor dierum, & poſtea diſtillentur ſ. a. ad tres quartes partes.

Spiritus ſeu *Aqua Meliſſe Magiſtralis*, Gallis *Eau des Carmes.*

℞. Herb. Meliſſae recent. Manip. decem.
Cort. Citrior. ſiccat. unc. quatuor.
Nucis Moſchatae.
Sem. Coriandri ana unc. duas.
Cinamomi.
Caryophyllorum ana drach. ſex.
Spiritus Vini pintas octo.
Vini Gallici. pint. quatuor.
Conſciſſa & contuſa poſt tridui digeſtionem deſtillentur lege artis.

Spiritus Pectoralis F. Dekkers.

℞. Rad. Angelicae.
Iridis florent. ana unc. ſemis.
Fol. Hyſſopi.

Fol. Veronicae ana manip. unum.
Flor. Gummi Benzoin ſimplici ſublimatione praepar. drachm. unam.
Sem. Foenic. dulc. drachm. tres.
Bacc. Lauri drachm. duas.
Raſ. Ligni Santal. citr. unc. ſemis.
Thereb. Venet.
Styracis Calamitae ana drachm. duas.
Croci opt. drachm. unam cum ſemiſſe.
Salis Ammonici drachm. duas.
Ciner. Clavell. drachm. ſex.

Conſciſſis & contuſis affunde

Hydromellis, *ex melle Virgineo Maſſilienſi recenter parati*, &
Sp. vini ana pint. tres.

Poſt triduum deſtilla leni calore ex M. B.

Abſtracto infunde

Flor. Hyperici manip. duos.
Liquir. viridis exteriore cortice liberatae unc. unam cum ſemiſſe.

Digerantur per quatriduum; Tinctura fortiter expreſſa & decantata ſervetur uſui.

Olea per Destillationem.

Oleum Baccarum Juniperi.
Caryophyllorum.
Caſſiae ligneae.
Cinamomi.
Cort. recent. Aurant.

Oleum Cort. recent. Citreorum.
Hyſſopi.
Ligni Rhodii.
Saſſafras.
Macis.
Majoranae.
Menthae.
Nucis moſchatae.
Origani cretici.
Pulegii.
Roriſmarini.
Sabinae.
Sem. Anethi.
Aniſi.
Carui.
Spicae.
Tanaceti.

Omnia haec Olea per veſicam deſtillentur ſ. a. praemiſſa debita ſimplicium cum ſ. q. aq. *maceratione.*

Oleum Terebinthinae.

℞. Terebinthinae q. v.
Adde
Aq. purae q. ſ.
Tum deſtilla, & Oleum pellucidum ſervetur uſui.

Oleum

Oleum Laterum ſeu Philoſophorum.

℞. Lateres, aut tegulas rufas antiquas q. v.

Coufractos & vehementer candefactos, extinguito in Oleo claro veteri. *Quo imbutos in tenuiſſimum pulverem redige; Retortae indito, & igne aperto deſtillando, extrahe* Oleum.

Balsamus ex Oleis Stillatitiis.

Balſamus Antapoplecticus.

℞. Ol. Nuciſtae expreſſi, in Sp. Vini rectificato tam diu digeſti, donec non amplius tingatur, unc. unam.
Cinamomi.
Lavendulae.
Ligni Rhodii.
Menthae.
Caryophyllorum ana gutt. viginti.
Balſ. Peruviani.
Opobalſami ana gutt. triginta.
M. F. ſ. a. Balſamus.

Aceta Destillata.

Acetum Deſtillatum.

℞. Aceti vini acerrimi q. v.

Deſtilletur ad tres quartas partes, abjiciendo phlegma, quod prius adſcendit.

Acetum Alexipharmacum.

℞. Nucum Juglandium cum corticibus menſe Junio collectarum, lib. quatuor.
Herb. Cardui benedicti.
Meliſſae.
Rutae.
Scabioſae.
Scordii ana unc. quatuor.

Conſciſſis, & parum contuſis, affunde
Acetum vini ad ſupereminentiam trium quatuorve digitorum.

Tum deſtilla fere ad ſiccitatem in Cucurbita vitrea; ita tamen, ne empyreuma contrahat.

Acetum Prophylacticum Sylvii, Barbet & van der Schagen.

℞. Rad. Angelicae.
Zedoariae ana unc. unam.
Petaſitidis unc. duas.
Fol. Rutae hortenſis unc. quatuor.
Meliſſiae.
Scabioſae.
Flor. Calendulae ana unc. duas.
Nucum Juglandium immatur. conſciſſ. libr. duas.
Pom. Citr. rec. conſciſſ. libr. unam.

Omnibus contuſis in mortario marmoreo affunde
Aceti Vini optimi, ad tres quartas partes ex arena in Cucurbita vitrea per ſe deſtillati, libr. duodecim.

